relam res ad cauſam inteſtati deduceretur. vt per totum. C. & ff. vnde legitimi. Et hanc partem tenent Guiliel. de Cuno. in. l. fratres. C. de inof. teſta. & Paul. in l. omnimodo. eod. & in. l. fratres. num. 4. & 5. eod. vbi ſubdit, q̃ etiam ſi fratri legitima ſit relicta, adhuc ſi turpis perſona inſtituatur, agitur querela. Et idem etiam in hac ſpecie tenuit Guili. ſecundùm q̃ refert Xuarez in. l. quoniam in priorib⁹. folio. 4. in princip. C. de inof. teſtament. Idem etiam tenet Salicetus in. l. fratres. 3. quæſtio. & ibi Bald. num. 9. & fuit de mẽte Bart. ibi ſecundũ Xuarez in dict. l. quoniam in prioribus. fol. 4. colum. 1. in fine. Bald. tamen & Salicet. non tenent hanc partem, quando integra legitima, ſed tãtùm quando minus legitima fratri eſſet relictum. Hanc quæſtionẽ tãgit Iaſ. in. l. fratres. colum. 1. & nil firmat. Sed cõtrariam opin. imò quòd ſi fratri ſit aliquid relictum, licèt ſit minus legitima, querelam tunc non habeat, tenuit Angel. in. l. 1. ff. de in officioſo teſtamento. & in authen. resq̃. C. com. de leg. ſecũdùm quòd refert Iaſ. in d. l. fratres. col. 1. & eãd. partẽ tenet Xuarez vbi ſuprà fol. 3. col. 4. cum duabus ſeq. poſt gl. in. d. l. omnimodo. in verb. alijs perſonis. vbi Iaſ. nu. 3. ſe remittit ad ea, quæ dixit in. l. fratres. vbi nil firmauit. Et hanc partem puto longè verio rem. per text. in. d. l. omnimodo. in verb. (vel alijs perſonis, quibus ead. actio) vbi eſt text. apertus, niſi violenter reſtringatur. Secundò per text. in authent. de hær. & fal. §. primum itaq;. quem meliùs induco, quàm Xuarez vbi ſuprà. ait enim text. teſtantibus quidem neceſsitatem imponit lex quãdam partem quibuſdã perſonis diſtribuere. Et poſteà ſubdit, q̃ inter illas perſonas interdum frater enumeratur, verbumq̃ (interdum) exemplificat glo. quando turpis perſona fuit inſtituta, & rectè. vt. §. ſoror. Inſt. de inoffi. teſtamento. & d. l. fratres. Ecce ergo qualiter quãdo turpis perſona eſt inſtituta, frater compellitur fratri non totam hæreditatem, ſed certam, quandámue partem, ideſt quartam relinquere. nam de quarta eſt intelligendum, vt ſubdit text. in. §. ſi quis autem non implens. in dict. authentic. in verb. (ſcilicet quartam abinteſtato partem.) Et ex dicto. §. primum itaq;. ſic intellecto, infertur apertè ſi frater fratrem in legitima hæredẽ inſtituit, & in reſiduo turpem perſonam, quòd tunc querelam non habet frater. quod etiam firmauit Bal. in dict. l. fratres. num. 9. licèt debilibus vſus ſit fundamentis, quæ impugnat Iaſ. in dict. l. fratres. num. 6. vbi ſentit contrarium, licèt cum Bal. in hoc teneat Salice. ibi per ead. leuia fund. ſed contrarium & malè ſentit Iaſ. vt dixi. Et contrarium in ſpecie tenet Paul. ibid. num. 4. & 5. & in quodam conſilio, quẽ refert Iaſ. ibid. In ead. ſentẽtia cum Paul. fuit Guili. de Cuno ibid. quem referunt Paul. Iaſ. & Bal. ibid. Extat ergo ex ſuperioribus, q̃ ſi fratri minus legitima relinquatur, tũc contra turpẽ perſonã inſtitutam nõ agit querela, ſed agit tantùm ad ſupplementum. hoc primò. Quòd ſi integra legitima ſibi eſſet relicta, tunc cõtra turpem perſonam nullatenus ageret. Et retẽta iſta parte, nõ obſt. l. Pantonius. ſuprà all. Nam reſp. vt per Salicetum, Iaſ. & Xuarez vbi ſuprà. Et ſit reſponſio, quòd magis peccat filius, qui patrem præterit, turpi inſtituta perſona, cùm à patre eſſet beneficio emancipationis affectus. vt. §. hoc autem. Inſtit. per quas perſon. nob. acqui. quàm ſi fratrem præteriret, qui nullum ſibi fecit beneficium. Vel tertiò dic, q̃ magis debetur parentibus, quàm fratribus. Patet, quia parentibus ſubuenitur, licèt honeſta perſona à filijs eſſet inſtituta, at fratribus tunc demum ſi turpis. vt. §. non autem. iuncto. §. ſoror. Inſtitu. de inofficioſo teſtamento. Nec obſt. q̃ nõ tam fauore fratris, quàm odio inſtituti fratri detur querela. Nã reſp. vtrũq; inſpiciendum, & patet, q̃ frater omnino

præteritus iuſtiùs inofficioſum dicit teſtamentum fratris, quàm ſi aliquid ſibi eſſet relictum. & in hac ratione fundata eſt d ict.l.omnimodo.

216 *Filius in legitima inſtitutus caret querela, licèt in reſiduo eſſet turpis pſona inſtituta.*

Et retenta mea opin.inde etiam infertur, q̃ ſi filius eſt inſtitutus in legitima, licèt in reſiduo turpis perſona eſſet inſtituta, adhuc filius querelam non haberet. Quod in ſpecie tenet Bald. in.d.l.fratres. nu.9.Mouetur, quia nulla lege cauetur, q̃ tali caſu detur querela, ergo.&c.vt.l.illam.C.de coll.& idẽ in ſpecie tenet Iaſ.in l.omnimodo.n.4. licèt contrariũ teneat in ſpecie Paul.in.d. l. fratres.n.5.&.d.l.omnimodo.&cõtra Paul.tenet etiam Salicetus in.l.fratres.colum.3. in princip.

217 *Quid ſi filio legitima integra nõ eſſet relicta?*

Et ſubſequenter poſſet quæri, quid ſi filio integra legitima relicta nõ eſſet, ſed minus, & in reſiduo eſſet turpis perſona inſtituta? Et retenta opinione Paul.eſſet dicendum, quòd poſſet querelare odio inſtituti turpis. At retenta opini. contraria, quæ verior eſt, cõtrarium eſſet dicendum.

218 *Quid in patre ab emãcipato filio cũ turpi p̃ſona inſtituto?*

Et ſubſequenter quæri poſſet de his duabus quæſtionibus in patre, q̃ minus legitima, vel etiam integram legitimam turpi p̃ſona in reſiduo inſtituta accepit. Et certè retenta op.Paul.vtroq; caſu querelam haberet: ſed retenta opin.aliorum, quæ tenenda eſt, contrarium dicendum eſt. Iſta tamen, quæ dixi de patre & filijs præteritis, non tranſeunt ſine dubio, propter dictam legem.Pantonius. ſecundùm intellect.quem dedi ſuprà.

Tandem reuera magis eſt, vt dict.l.omnimodo. & dict. l. quoniam in priori. iſto titulo.ceſſent hoc caſu, quia deciſio legis generalis reſtringitur per rationem in ea expreſſam ſecundùm communem opin.vt per Tiraquel. de cauſa ceſ. part. 1.num.123.cum pl.præceden. & ſequent. nam tũc ratio habetur pro lege, deciſio verò pro exemplo ex communi opinione, quã reſoluimus ſuprà.§.12.nu.4.verſ. neq; ad rem.per.l.cũ pater.§.dulciſſimis. ff.de legat. 2. Ergo dict.l. omnimodo.in illis verbis, vel alijs perſonis, licèt etiã ex verbis fratres comprehendat, tamen ex mente & ſentẽtia, quæ per rationem ibi expreſſam colligitur, deſinit fratres comprehendere, quia tam ibi, quàm in dict.l. quoniam in prioribus. ſæpe exprimitur hæc ratio, vt quibus dabatur querela occaſione minoris portionis, illis hodie nõ querela, ſed ſupplementum detur. Vnde cùm fratribus querela nõ occaſione minoris portionis, ſed ratione turpitudinis ſcripti hæredis daretur, in eis ceſſat ſupplementum, daturq̃; querela. Et hæc eſt veritas, licèt ego contrarium deceptus tenuerim ſuprà.§.10.in vltima parte.

Ibi, quoquo relicti titulo.not.legitimã liberorũ poſſe quoquo titulo eis relinq.

219 *Legitima quoquo titulo olim relinqui poterat.* Idem vt quoquo relicti titulo ſufficeret relictã eſſe ligitimam ait.l.omnimodo.ſuprà eod.titul.de inofficioſ.teſtamẽ.

220 *Ampl.1.* Idem etiam iure.ff.in legitima patroni.l. ſine.§. excluditur. de iure patr. ff.l. etiã.§.ſi dubitata.ff. de bo.liber.l.ſi patronus ex debita.§.patronus.eodem titu.

221 *Ampl.2.* Idẽ in legitima, quę debebatur patri à filio emãcipato.l.1. in pr. in verb.exẽplo patroni.ff.ſi quis à par. fuer.manu.

222 *Ampl. 3.* Idẽ in Trebellianica.§. ſi quis vna.Inſtit.de fideicõ.hær.l.1.§. ſi hæres percepto fundo.ff.ad Trebellian.

223 *Ampl.4.* Idem in falcid.arg.l.in quartam.ff.ad leg.falcid.&.l.filium quem.C. fami.her.

De iſtis quartis vi.octo per gl.mag.ad fin.C.fam.her.in.l. filium quem. & ibid. 35.ſpecies quartarũ cumulatas per Ferdi. Berenga.in.l.in quartam.ff. ad leg. falcidiam.fol.101.

224 *Ampl.5.* Ampl. cõcl. vt procedat etiã hodie in teſtamento imperfecto facto inter liberos ſecũdùm cõem opi. quam cõem eſſe firmat Iaſ.hîc.num.16.& Coraſ.in.l. filiũ quem.nu.82.C.fam.her. licèt cõtrariũ teneat vterq; poſt gl.noſtrã.vltra quos addo, q̃.l.noua loquẽs de teſta.debet intelgi de vero teſtamẽto.l.nõ aliter. de leg.3. ff.at

ff. at impropriũ eſt teſtamentum inter liberos. Iaſ. in. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. col. pen. &. fin. C. de teſtamẽ. de quo tamen latiùs ſtatim.

225 *Ampli. 6.* Ampl. ſecundùm communem vt procedat etiam de iure canonico. Alexand. in. l. inter cætera. de lib. & poſthu. Iaſ. hîc num. 13. Coraſ. vbi ſuprà. nu. 82. poſt glo. in. c. Rainutius. & in cap. ſi pater. de teſtamen. in. 6.

226 *Amplia. 7.* Ampl. vt idem in legitima parentum ſecũdùm communem, contra quam tenet Bart. hîc. & Iaſ. num. 32. & Coraſ. dict. nume. 82. Gomez Arias. in. l. 4. Tauri numero. 9.

227 *Legitima quare requirat titulum inſtitutionis.* Et inter reliquas vtilitates, quæ deſcendũt ex titulo inſtitutionis, illa præcipua eſt, quòd inſtituto etiam in re certa tantùm poteſt accreſcere vniuerſa hæreditas, id quod contingere non poſſet ei, cui legitima titulo ſingulari relicta eſſet. ita Bart. in. l. ex facto. colum. 2. ff. de hęr. inſt. cuius opin. communis eſt ſecundùm Iaſ. num. 6. in. l. quoties. C. de hær. inſtit. eſtq; communis ſecundùm Alexand. ibidem colum. 2. Eandem opin. communem firmat Coraſi. l. teſtamento. C. de impuberum. num. 17. qui tamen contrariũ tenet poſt plures antiquos, quos refert Iaſ. vbi ſuprà. Sed tamen Bart. opi. communem dicit Corneus in dict. l. quoties. nu. 5. vbi etiam Paulus num. 2. hanc Bart. op. receptam eſſe dicit.

Superiorem tamen regulam limita. 8. modis ſecundùm Iaſ. hîc nu. 23. cum ſeq. vt licèt hodie regulariter legitima liberorum ſit relinquenda titulo inſtitutionis. vt in authẽ. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoq;. id multipliciter limitetur ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà. inter quas limitationes illa præcipua eſt, quòd non procedit

228 *Teſtamẽto inter liberos facto, legitima debet relinqui titulo inſti* in teſtamento condito à patre inter liberos, inter quos ſufficit legitimã quoquo titulo relinqui. Ita tenuit glo. hîc. & glo. in. c. ſi pater. in verb. inſtituit. de teſtamẽ tis. in. 6. Antonius de Butri. in cap. Rainutius. extrà. de teſta. col. 10. Azo. in ſuma huius tit. & hanc opinio. nouiſsimè defendit Iaſ. hîc num. 16. & Coraſius nu. 82. in. l. filium quem hab. C. fam. her. *tutiõis. prõ cõi contrà Iaſ. Coraſ. & alios.*

Sed tamen in contrarium ſe habet cõmunis opin. vt etiã in teſtamento inter liberos hodie ſit neceſſe legitimã relinqui titulo inſtitutionis, non ſecùs, quàm in reliquis teſtamentis. Et hãc eſſe communem opi. teſtatur Iaſ. vbi ſuprà. & Cora. etiã vbi ſuprà. & Curtius Iunior in. l. hac conſultiſsma. §. ex imperfecto. nu. 13. de teſtamen. poſt Iacob. Butrig. & Iacob. de Are. Bald. & Sali. hîc. Bal. & Sali. in. l. fi. C. fam. her. Fulg. hîc. Imol. in. d. c. Rainuti⁹. Alexan. in. l. inter cætera. ff. de lib. & poſt hum. Bal. in dict. ca. ſi pater. Barb. in dict. cap. Rainutius. ſequuntur hîc Petrus, Cinus, Iacob. Butri. Alber. & Azo. in ſua ſũma. & Placentinus in ſua ſumma huius tituli. & Inſt. eod. in ſumma. & Ang. hîc.

Pro hac communi opin. quam etiam in puncto iuris veriorem puto, eſt tex. in dict. §. aliud quoq;. in auth. vt cùm de appellatione cog. in ſui generalitate. Secundò facit, quia lex generaliter loquens, cõprehendit caſus vtcunq; ſpeciales, & priuilegiatos, niſi reperiantur habere peculiare priuilegium in illa materia. l. in fraudem. §. fin. ff. de teſtamen. mil. docet latè Decius conſ. 5. latiſsimè Tiraquellus in tract. de vtroq; retra. glo. 14. num. 91. Decius in. l. ex teſtamento. C. vnde liberi. Aciatus lib. 4. Paradox. ca. 10. Sed. d. §. aliud quoq;. generaliter loquitur, nec quo ad titulũ inſtitutionis teſtam. inter liberos factum reperitur habere hoc priuilegiũ, ergo in eo ſtabimus iuri communi quo ad hoc.

Tertiò facit. l. cùm oportet. in ratione ſui in prin. C. de bon. quæ lib. vbi quod à patre in vnum liberorũ confertur in prę iudiciũ aliorum, id reliquis fratribus grauius videtur, quàm ſi extraneis datum eſſet. Ergo vt ſi extraneus inſtitutus eſſet tunc non ſufficeret quòd filio integra le

gitima titulo legati relinqueretur, ita nõ sufficiet, licèt alius filius sit hæres institutus. Quartò facit, quia faciliùs infirmatur testamen. quod valet iure speciali inter liberos, quàm si valeret de iure communi. argumẽto. l. eius militis. §. militia missus. ff. de milit. testamẽto. Ergo vt in testamẽto, quod habet omnes iuris solennitates inter extraneos facto non sufficit legitimã liberis titulo legati relinqui: ita quoque & in testamento facto inter liberos, quod absq; iuris ciuilis solennitatibus factum proponitur. Quintò facit text. hîc & in authen. de triente & semi. §. 1. colũ. 3. vbi ex æquo legitima inter liberos diuidẽda est, nec permittitur quòd legitima vnius filij augeatur cum diminutione, vel detrimẽto alterius filij nõ magis, q̃ si id fieret in augmẽtum alicuius extranei.

Tenendo hanc communem opin. ad fundam. Ias. respõ. Primò dum ait, quòd in testamento condito inter liberos cessant solennitates iuris ciuilis, respond. ꝙ cessant solennitates, non tamen omnes: vel cessant illæ solennitates, quæ nõ tam grauem læsionem filijs ingerunt, quàm esse videtur iniuria præteritionis. argu. dict. §. aliud quoq;. vers. sola enim est. iuncta. l. Iulianus. ff. si quis omi. cau. testam. Item dum Ias. ait, quòd in testamento cõdito ad pias causas, quia ibi attenditur solùm ius gentium nõ desideratur titulus institutionis, respon. id verum, quando nullus alius esset institutus. Nam & in testamẽto inter liberos cùm nullus alius liberorum vel extraneorum reperitur institutus, non admitteretur filius ille, qui se præteritum exclamaret, cùm alij quoq; similiter præteriti essent, idq́; testamen. valeret. iuxta formam. l. fin. C. fam. her. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinamenti.

229 Item dum tertio loco Ias. ait de hoc esse tex. in. c. Rainutius. de testamen. vbi filiaf. habuit titulo legati legitimam, & nihilominus valuit testam. eo quòd inter liberos id testam. factũ fuit, tu meliùs dic, quòd tempore illo valebat testamẽ. licèt filiafa. instituta non esset. vt in. l. qui filiũ ff. vbi pupillus educari debeat. l. si quis hæredem. C. de inst. & subst. l. qui quartã §. si quis vnam. & l. qui filiabus. ff. de leg. 1. expressiùs in. l. fi. C. de lib. præteri. & in §. 1. versi. sed non ita. Inst. de exhęr. libero. Nec ad rem pertinet, quòd postea per Iustinianum exæquata fuerit conditio fœminarum & masculorum. vt in dict. l. fi. & in. §. pe. & fi. Inst. de exhær. lib. Nam. d. capit. Rainutius. fuit factum antequàm per Iustinianum esset inductum, vt fœminæ instituerentur nõ secùs, quàm masculi, sicq́; fuit factum eo tempore, quo permissum erat fœminas præteriri, dum modo titulo legati legitimam haberent. Patet, quia in dict. cap. Rainutius. loquitur tex. super annali exceptione, quę diu postea per Iustinianum sublata fuit. vt in l. 1. C. de annali excep. & in prin. Instit. de vsucap. id quod opportunè aduertit gl. dict. c. Rainutius. in verb. præscriptio. sic q́ue intelligendum, quòd tempore dict. cap. Rainutius. per Iustinianũ neq; erat inducta necessitas fœminarum instituẽdarum, neque erat sublata annalis præscriptio, sed vtrunq; postea inductũ fuit. Quod intellige posito pro constanti, ꝙ iure tam. ff. quàm. C. necesse non erat filiamf. institui, vel exhæredari, aliquo sibi quoquo titu. dato, quod ius viguit vsq; ad nouissima tẽpora Iustiniani, cùm facta fuit dicta. l. maximum. C. de lib. pręt.

Intel. c. Rainutius. Iure canonico legitima po

test relinqui quoquo titulo. cõtra magis communẽ pro Alex. & aliis.

230 Hinc infero necessariam non esse nec veram opin. eorum, qui. d. ca. Rainutius. in verb. relinquẽs. intelligunt titulo, scilicet institutionis, quæ suppletio, quiq́; intellectus violat euidenter literam illius text. Licèt illum intellectum communẽ esse fateantur Imola ibid. nu. 31. & Alexan. in. l. inter cætera. colum. fi. ff. de lib. & posthum. & Ias. num. 32. in. l. 1. ff. solut. matri. idem Ias. hîc num. 31. Coras. in. l. filium quem. num. 82. C. fam. her. Couar. in dict. c. Rainutius. §. 1. in pri. qui omnes post

Intel. c. Rainutius.

poſt alios firmant communem eſſe hũc intellectum, quem tenuit glo. dict. c. Rainutius. in verb. relinquẽs. Qui omnes ob id decipiũtur, quòd putabant titulum inſtitutionis in fœminis eo tempore deſiderari nõ ſecùs, quàm in maſculis, quod euidenter diſsidet ab ipſarum legum traditione, vt latiùs diximus. Vel dic, quòd in dict. c. Rainutius. licèt filia eſſet præterita, id eſt, neq; inſtituta, nec exhæredata ſi tamen titulo ſing. fuit honorata, nõ definit valere teſtamẽ. quia & hodie etiam valeret, licèt querela reſcindi poſſet. vt diſſeruimus ſuprà hoc. §. in parte præcedẽti. aliquid ſuprà. §. 10. vlti. par. ad pri. & infrà ſtatim.

Redeundo ad noſtrum principalẽ articulum, ſit regula, quòd hodie titulus inſtitutionis deſideratur in teſtamento inter liberos non ſecùs, quàm ſi id teſtam. fieret inter extraneos. Et ita procedat op. communis. Fallit, quãdo in tali teſtamẽto nullus neq; liberorum, neq; extraneorum fuit hæres ſcriptus, nam tunc id teſtamen. ceſſante etiam titulo inſtitutionis firmum eſt. l. ſi. C. fam. her. Et ita poteſt procedere opin. Iaſ. & aliorum cõtra cõmunem ex mente Petri, Cini, Albe. Iacob. Butriga. Bal. Salicet. Fulg. Areti. Pauli, & Iaſ. hîc.

231 *Legitima iure. ff. quo quo titulo relinqui poterat. cum Accurſio, et aliis cõtra magis communem.*

Videndum ergo legitima quo iure relinquenda eſſet iure. ff. & quid iure. C. & quid iure authen. & quid iure canonico, & quid iure regio. Quo ad primum communis opin. eſt, quòd iure. ff. deberet relinqui titulo inſtitutionis. Ita tenent Bal. Imola, Alexan. & Iaſ. nu. 10. in. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. Angel. in. l. Gallus. §. fi. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. hîc numer. 14. & Bart. in. l. cùm ex filio. in princ. ff. de vulga. & Areti. in. d. l. inter cætera. qui hanc dicit communem opinio. Idẽ ſequitur Aretinus hîc & Paul. colũ. 2. in prin. Et hanc dicit communem opinio. Xuarez in. l. quoniã in prioribus. infrà eodem. limit. 15. fol. 54. Sequitur Imola in. l. ſuus quoq;. in princi. ff. de hæred. inſtitu. Idem Imol. in. l. ex aſſe. ff. ad. l. fal. gl. in. l. nam his. ff. de inofficio. teſtam. & omnes doctores hîc.

Contrarium ſimpliciter & ſecurus tenuit Coraſ. num. 82. in. l. filium quem. nume. 82. C. fam. her. glo. in. l. ſcimus. §. cùm autem. infrà eod. Angel. in. l. ſuus quoq;. in princi. ff. de hæred. inſtitu. & in. l. ex aſſe. per illum tex. ff. ad Trebel. & hæc pars veriſsima eſt. vt latiùs diximus in. d. §. 10. vlt. par. in prin. per. l. Papinianus. §. ſi quis mortis. & per. l. ſi non mortis. ff. de inofficio. teſtamen. & l. cùm quęritur. & l. parentibus. hoc titulo. l. ſcimus. §. cùm autẽ eod. l. ſcimus. in princip. & l. ſi quando. in princ. &. §. illud. &. §. fi. eodem hoc titulo. §. igitur. Inſtitu. eod. l. qui filium. ff. vbi pupill. educari debeat. Tenẽdo hanc partem contra communem, tunc ad. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. reſpon. quòd ibi emancipatus nõ fuit inſtitutus, nec exhæredatus, ſed tantùm præteritus. Nam ſi in terminis illius tex. ille emancipatus fuiſſet exhæredatus, tunc non noceret, quòd legitimam haberet alio titulo quàm inſtitutionis.

232 Iure autem. C. omnes doctores, de quibus ſuprà mentionem habuimus, tenẽt non oportere legitimã relinqui titulo inſtitutionis, ſed ſufficere vt relinquatur quoquo titulo. Quod & tenent communiter omnes in. l. omnimodo. & in. l. ſcimus. §. cùm autẽ. infrà eod. per tex. in. d. l. omnimodo.

Legitima quoquo titulo iure. C relinqui poterat. cũ cõmuni.

233 Iure autem nouiſsimo authenticorũ, quo hodie vtimur, communiter tenetur oportere legitimã relinqui titulo honorabili inſtitutionis. per authẽ. vt cùm de appellatione cognoſ. §. aliud quoq;. Ita tenent omnes doctores, de quibus ſuprà mentionem habuimus, quorum nõnulli hanc dicunt communem opin. vt firmat Xuarez vbi ſuprà. Bald. Angel. Imola, Paul. Areti. Alexand. & Iaſ. in. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. Iaſ. hîc nu. 14. poſt

Iure autem legiti. poſſe relinqui quoquo titulo quo ad primordia tẽſta. firmitatẽ. cũ Viglio contra cõem.

poſt Areti.Paul.Salice.Bal.Bart. quod & ſequitur hîc Iacobus de Are. & Iacobus Butrig.& Petrus de Bellaper. & Cin. & Ioan.Faber,& Placenti.hîc in ſumma.& Azo.hîc in ſua ſumma. & Odofred. hîc. Sequitur etiam Albericus hîc, qui dicit ita communiter teneri per legiſtas,& canoniſtas,& gloſſatores.nã ita tenuit glo. noſtra,& glo.in.l.omnimodo.infrà eod. & glo.in. d.§.aliud quoq;.glo.relinquẽs. in.d.c.Rainutius.de teſtam. glo. in.d.ca. ſi pater.vbi cõmuniter per omnes cano. gloſſ.& comuniter docto.in.§.igitur.Inſtitu.hoc titulo.& eſt communis opini. ſecundùm Imolam nume.31.in dict.cap. Rainutius.& ſecundùm Bened.de Plũb. ibid.num.37.in.§.in eodem teſtamẽto relinquens.& ſecundùm Couarru. ibid. in d.cap.Rainutius.§.1. in princ.& ſecundũ Iaſ.num.32.in.l.1 ff.ſolu matri.& ſecundùm Coraſ.in.l.filium quem haben. C. fam her.num.82.tenet Bart.in.l.in quartam.ff.ad leg.fal.num.10. & eſt communis opin.ſecundùm Paul.de Monte Pico ibid.nu.64.Emanuel de Acoſta in.l. Gallus.§.&quid ſi tantùm.ff.de lib.& poſth. pagin.131.Viglius in rubr.de inofficio. teſtamen.Inſt.Iaſ.in.l.ſicut.num.8.C.de teſtamen.mil.idem Iaſ.num.18.in.l.poſthumo nato.C.de bono.poſſe.contra tabu. Bald.Paul.Corne.Alex.Iaſ.Deci.Curt.iunior.& Coraſ.in.l.humanitatis. C. de impuberum.ſuper illum text.ibi. in verb.legitima portione.& eſt communis opini. ſecundùm Decium conſi.105. Et pro tenui.& ſecundùm eund. Decium conſil. 228.In caſu.Angel.conſ.94. Pro parte negatiua.colum.3.& conſi.136.In quæſtione vertente.colum.penul.Cumanus.cõſil.126.Viſa copia.colum.1.Romanus cõ ſil.516.In caſu propoſitæ.Iaſ.cõſi.65.vol. 1.Roman.conſi.312. Circa. mouẽtur oẽs per tex.in.§.aliud quoq;. ſuprà alleg.

Sed nouiſsimè Viglius in rubric. C.de inofficio.teſtamen.tenuit oppoſitũ quodam debili fundamẽto,quod referre nolo. Sed nos olim publicè oppoſitũ defendimus,cùm concluſiones.730.contra cõmunem in circulis tueremur.Mouebar, quòd iure. C. ſecundùm omnes, & iure etiam.ff.ſecundùm noſtrã ſententiam legitima poterat quoquo titulo relinqui. idemq; etiam ſecundùm omnes iure authen.vt hîc.& in authen.de triente & ſemi.§.1.nec credendus eſt Iuſtinianus ſeſe in continenti velle corrigere.

Tenendo contra communem opini. ad dict.§.aliud quoq;. reſpondebam loqui non quo ad teſtamenti creationem, vel validitatem primordialem,ſed tãtùm quo ad eius reſolutionem. Nanq; olim filius, qui integram legitimam quoquo titulo habebat, non poterat teſtament. per querelã expugnare,ſiue inſtitutus in teſtamento patris fuiſſet,ſiue exhæredatus, & ſiue id inter viuos(hac tñ lege,vt illud in legitimã imputaret) accepiſſet, ſiue mortis cauſa. Rurſus ſi legitimã diminutam accepiſſet,teſtam. poterat querela impugnare,ſiue id titulo honorabili inſtitutionis accepiſſet,ſiue titulo legati, vel alio,cùm in teſtamento exhæredatus eſſet.vt probatur in.l.ſi non mortis. & in .l.Papinianus.§.ſi quis mortis.ff. de inof. teſtamen.& in.§.igitur.Inſti. eod. & in.l. cùm quæritur.& in.l.parentibus.& in.l. ſcimus.in princi.&.§.cùm autem. &.l.ſi quando.§.illud. &.§. & generaliter. hoc titu.dict.l.Papinianus.§.quarta autẽ.&.§. quoniã autẽ. Tunc ſic,ſi filius hodie,qui integrã legitimã habuit, vel inter viuos, vel in vltima volũtate ſit exhæredatus,is licèt olim nõ poterat querelam perferre. vt.dd.ll.hodie tamen poteſt querelã inſtituere,eãq; producere,eo quòd ad querelam inofficio.teſtamen.excludendam non ſatis hodie ſit integram legitimam habere quoquo titulo, ſi filius abſq; iuſta cauſa exhęredatus proponatur. Vnde licèt olim ſatis ſufficiens cauſa exhæredãdi eſſet,quòd exhæredatus integram legitimam recepiſſet,hodie iuſta nõ ſit. vt

in

in dict.§.aliud quoq;.non tamẽ negatur, quin teſtam.mero iure valeat,ſicq; teſtamen.non deſiderat legitimam titulo inſtitutionis relinqui ad ſui primordialem firmitatẽ,licèt id deſideretur, vt ex poſt facto per querelam infirmari non poſsit. Cogita tamen.Et noſtra opi.hodie intre pidè tenẽda eſt per.l.5.titu.7.vel.8. par.6. quæ ita vt nos ius commune interpretatur.Nec dubium eſt, quin authoritas illius legis certior,verior, & grauior habe ri debeat, quàm authoritas eorũ,qui cõmunem ſententiam tuentur.

234 *Legitima fœminarũ iure canonico quoquo titulo relinqui poterat. cum Alexã. & aliis cõtra magis cõmunem.*

Quid autem de iure canonico,an liberis ſit relinquenda legitima titulo inſtitutionis?Communis opinio eſt,quòd ſit iure canonico relinquẽda legitima liberorum titulo inſtitutionis non ſecùs,quàm de iure ciuili.Ita tenuit glo. in verb.relinquens.in dict.cap.Rainutius. quam cõmuniter approbatam dicunt ibid. Imola num.31.Couarru.ibid.§.1.in princi.Iaſ. hîc num.31.idem Iaſ.in.l.1.ff.ſolut.matri. num.31.glo.& docto.communiter. in.c. ſi pater.de teſtament.in.6. eſtq; cõmunis opin.ſecundùm Coraſ.in.l.filium quem. num.82.C.fam.her.Mouentur,quia (inquiunt)de iure ciuili eſt expeditiſsimum legitimam titulo inſtitutionis relinqui oportere,ergo idem iure canonico, cùm nõ expediat differentiã inter hæc iura cõſtitui,vbi expreſsim non reperitur.& ſequitur hîc Ioan.Faber.

Contrarium tenuit Hoſtiẽſis in dict. cap.Rainutius. cuius opinio communis eſt ſecundùm Alexand.in.l.inter cætera. ff.de liber.& poſthum.Et hanc partẽ veriſsimam puto, ſaltem in filiabus, reliquisq; omnibus perſonis, quibus legitima debetur,præter filiumfa. Moueor in primis per tex.in.d.c.Rainutius.in verb. relinquens.ſecundùm nouiſsimũ intellectum,quem ſuprà ſignaui.Deinde moueor nouiſsimo fundamento.Nam iure ff.& iure . C.vſq; ad tẽpus, quo facta fuit l.maximum vitium.C.de lib. præte. erat differen.inſignis inter filiumfam.& reliquas omnes perſonas,quib⁹ legitima debebatur,ſiue illi ſuitatem haberent, ſiue non haberent,vt licèt per præteritionem filijfam.vitiaretur ipſo iure teſtamen. tamen per aliorum præteritionem non vitiabatur ab intio teſtamen.ſed eis quędã portio per ius accre.dabatur.Ita docet Iuſtinianus in dict.l.maximum vitium. & in prin.verſ.ſed non ita.Inſtitu.de exhęr. lib.l.Gallus.§.in omnibus.ibi,filius duntaxat.ff.de liberis & poſthumis. l. qui filium.ff.vbi pupillus educari debeat.l. ex aſſe.ff.ad Trebel.l. qui quartam.§.ſi quis vnam.&.l.qui filiabus.ff.de leg.1.Sic etiã licèt filiusfam.non poſſet inſtitui ſub cõditione caſuali vel mixta niſi in defectũ ipſius exhæredaretur, tamen filiafam. & reliqui omnes bene poterant ſub conditione caſuali vel mixta inſtitui, etiã ſi in defectum illius condi.non eſſent exhæredati.vt probatur in.l.ſi pater.C.de inſt. & ſubſti.l.filius à patre.ff.de lib.& poſth. iuncta.l.ſuus quoq;.in prin. &.§.puto.cũ l.ſeq.ff.de hær.inſt. l.ſi quis hæredem. C. de inſt.& ſubſt.l.ſed & ſi conditioni.§.ne potes.ff.de hæred.inſtitu. tenet in ſpecie Imola in dict.§.nepotes. & in dict.l.ſuus quoq;.Emanuel ab Acoſta in.l.Gallus.§. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthu. Licèt in contrarium ſit magis communis opin.doctorum in.d.l.ſi pater. vt per Corne.Alexand.Iaſ.Decium,& alios ibidem.& per Xuarez in.l.quoniã in prioribus.ampl.1.& ampl.4.

Cùm ergo iure tam. ff.quàm. C. vſq; ad tempora Iuſtiniani,& vſque ad tẽpus quo facta fuit dict.l.maximum vitium. non eſſet neceſſe, quòd legitima filiabus relinqueretur titulo inſtitutionis , quia etiam ſi prætęritæ eſſent, teſtamen . ipſo iure valebat,licèt ipſæ per ius accreſ. quãdam portionem conſequerentur:&cùm dict.cap. Rainutius. factum fuerit antequàm id ius per Iuſtinianum immutaretur,ſupereſt,vt ſaltẽ tempore, quo dict.c. factum

factum fuit,indubitanter neceſſe non eſ ſet legitimam illius filiæfam.relinqui titulo inſtitutionis. vt ſuprà latè probaui. Sed an hodie ſit idem,cùm iam illud per ius ciuile ſit immutatum? Et puto quòd non,quia per ius canonicum non reperi tur canonizata dict.authé.vt cùm de appella.cog.in dict.§ aliud quoq;. ergo ſupereſt,quòd iure canonico legitima nõ eſt neceſſe quòd relinquatur titulo inſti tutionis quo ad primordialem teſtamen ti validitatem,nec etiam quo ad irreuocabilem.Facit ca.cùm eſſes. &.c.relatum 1.de teſtamen.præſertim in ratione, quæ in dictis iuribus expreſſa eſt, vbi ius tantùm gentium,non iuris ciuilis ſolennita tes de iure canonico in terris eccleſiæ obſeruatur in teſtamentis. Quod tamé dic vt diximus infrà lib.3.§.21.in illo articulo.An teſtamentum minùs ſolenne valeat de iure canonico.Sed iure noſtro Hiſpanorum res perſpicua,expeditaq; videtur,vt legitima iure ſeu titulo honorabili inſtitutionis relinquẽda ſit.vt in.6. par tita.titulo.5.l.6.Sed certè & hac in re poſſet non inelegãter tentari, vt iure noſtro deſideretur titulus inſtitutionis, nõ tam ad primordialem teſtamẽti validitatem, quàm ad irreuocabilem, hoc eſt,ad hoc vt teſtamenti reſciſsio, quæ per querelã contingere poteſt, & ſolet, impediatur. Quod dic vt diximus in materia ſubſtitutionis exemplaris infrà lib.5.&.6.Deniq; pro nobis text.expreſſus iure regio in.6. part.titu.5.ibi,mas ſi aquella parte le dexaſſe no como à heredero,mas como en razon de manda, podria entonces quebrantar el teſtamento. Vbi expreſſum,q; etiam ſi filius non ſit inſtitutus,nec exhęredatus,ſi tamen ei ſit aliquid relictum, valet quidem teſtamen. licèt poſsit querela reſcindi.Idem &.2.probat dicta. l. 5. ibi, diziendo que le quedaſſe en ſaluo la querella.Idem & tertiò ibi, nõ podrie deſpues quebrantar lo. Cuius legis verba longè euidentiora ſunt,quàm vlla indu

ctione egeant. Vnde ſolitus ſum dicere, quòd noſtra opin.in iudicando etiam & conſulendo ſequenda eſt etiam in termi nis iuris communis,vbi ius etiam noſtrũ Regium non vigeret:quia authoritas legis Regiæ,quæ ita vt nos ius commune interpretatur, lõgè certior,verior,& grauior haberi debet,quàm authoritas eorum, qui communem ſententiam tuentur.Licèt legem noſtram exterminare & violare conetur Gregorius Lupi in. d.l.3 dum verum eius ſenſum & iuris cõmunis non percepit.

Legitima quare ſit relinquenda titulo inſtitutionis,communis ratio improbata.

Stat ergo ex ſuperioribꝰ, quòd hodie legitima relinquenda eſt titulo honorabili inſtitutionis ſecundùm communes opinio.Sed vidẽdum,quare is titulus deſideretur?Et doctores communiter aiũt duabus rationibus id deſiderari. Prima, propter honorem inſtitutorum,qui honor cunctis rebus pretioſior eſt.l. Iulianus.ff.ſi quis om.cau.teſtamen.facit tex. in authen.de iurei.à mori.præſt.§.1.Secũda ratio,propter emolumentum iuris accreſcẽdi.nam hæredi etiam in re certa inſtituto poteſt accreſcere vniuerſa hæreditas.l.1.§.ſi ex fundo.&.l.ſi alterius.ff.de hæred.inſtit.ſed legatario vel fideicom. vniuerſ. non poteſt accreſcere vniuerſa hæreditas.ita Bart.in.l.ex facto.in pri. ff. de hæred.inſtitu.Cuius opin. communis eſt vt probaui ſuprà.Et quòd propter has rationes is titulus inſtitutionis deſideretur,eſt communis opinio, quam tenent Cinus,Iacob.Butri.Bar.& Bal. Sali. Fulg. Paul.Areti.& Iaſ.num.18.hîc.Bar.in.d.l. ex facto. colum. 2. Iaſ. poſt plures alios, quos refert in.l.quoties.nu.6.C. de hære. inſtitu.vbi latè Alexan.col.2. & eſt communis opin.ſecundùm Coraſ.in. l. teſtaméto.nume .17. C. de impuberum. & eſt communis opin.ſecundùm Corn.in.d.l. quoties.num.5.vbi Paul.nu. 2. Bar. in.l.filium.§.ſed cùm portio.ff.de leg.præſt.

Sed hæc communis opin.videtur dubia.argum.d.l. quoties. vbi inſtitutus in re cer-

re certa habetur loco legatarij non ſecùs quàm ſi titulo legati ea res ſibi relicta eſſet. ergo non eſt verũ, q̃ ei poſsit vniuerſa hæreditas accreſcere. Quia ſi vnus ex pluribus hæredibus, qui in portionibus hæreditarijs fuiſſent hæredes ſcripti, repudiet, tunc eius portio non filio, qui inſtitutus fuit in re certa, quiq; per hoc loco legatarij habetur, ſed alijs cohæredibus in portionibus hæreditarijs inſtitutis accreſcet, quia inter ſuccedentes diuerſo iure ceſſat ius accreſ. vt. l. ſed cũ patrono. ff. de ſecũdùm tab. Vnde cũ hic filius quaſi legatarius, & ſic titulo ſingulari ſuccedat, & portio hereditatis deferatur titulo vniuerſali, certè ceſſat ius accreſ.

236 *Quare filius titulo uniuer. debeat habere legiti.*

Infero verã non eſſe op. cõmunẽ volẽtem, vt dixi, ideo hodie oportere filio legitimã relinqui titulo inſtitutionis, vt habeat ius accreſcẽdi, quod aliàs habiturus nõ eſſet. Nã cũ poſsit inſtitui in re certa, nõ magis ius accreſcẽdi habebit, q̃ ſi per legatũ ſibi relinqueretur: quinimò ſi legitima relinqui nõ poſſet niſi titulo ſingulari, nõ poſſet nõ eſſe ius accreſcẽdi, & ex quo poteſt etiãtitulo relinqui vniuerſali, euenit, vt poſsit nõ eſſe ius accreſcẽdi, & q̃ poſsit legitima relinqui per inſtitutionẽ factã in re certa. Patet per. §. hæc aũt diſpoſuimus. in auth. vt cùm de appel. cog. ibi, Sola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio iniuriã ex hæredationis & præteritionis. &c. vt qui communem op. defendũt apertiſſ. contra illũ text. loqui videãtur. Sed certè ſi plures eſſent iuſtituti in portionib⁹ hæred. cũ filio in re certa inſtituto, tũc portio vnius hæredis repudiãtis licèt alteri, tñ nõ etiã filio accreſceret, quia inter filiũ ſuccedentẽ titulo ſingulari & alios cohæredes ſuccedẽtes titulo vniuerſali non eſſet ius accreſ. tñ ſi oẽs cohæredes repudiaſſent, tota hæreditas huic filio ex parte inſtituto accreſceret. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de her. inſt. l. ſi alterius. eo. tit.

Sed certè hæc ſecũda ratio cõis defendi nõ poteſt. Nã certũ eſt, q̃ hodie ſecundũ cões op. nõ ſufficit q̃ legitima relinquatur filio titulo fideicõ. vni. tex. eſt in. l. ita tĩ. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. eſtq; cõis op. vt per Alex. Imol. Are. & Iaſ. in. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. & poſt Iaſ. hîc nu. 27. Xuarez in. l. qm̃. in prioribus. lim. 15. infrà eod. & tradunt hîc omnes doct. quos ſuprà diximus tenere, q̃ hodie oportet legitimã relinqui titulo inſtitutiõis. docet Iaſ. nu. 5. in. l. poſthumo nato. C. de bo. poſ. cõtra tab. ſed certũ eſt, q̃ ſi filio relinqueretur legitima tit. fideicõ. vniu. tũc ei poſſet vniuerſa hereditas accreſcere repudiãtibus cohæredib⁹ nõ ſecùs, q̃ ſi iure inſtitutiõis ſibi legitima relicta eſſet. tex. eſt in. l. nõ iuſtã. C. ad Trebe. facit. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. eod. Ergo dicẽdũ eſt, q̃ ſi propter ius accreſ. is titulus deſideraretur, ſufficeret titu. fidei. vni. q ad iuris accreſcẽdi adẽptionẽ ſufficiẽs eſt nõ ſecùs, q̃ titulus inſtitutionis. Cogita, nã hæc impugnatio procedit retenta cõi op. quam ſuprà impugnauimus.

237 *Statutũ eſt quòd ſtantibus maſculis. &c. tũc dos fœminarũ nõ debet relinqui titulo inſtitutionis. cũ communi.*

Quid ſi ſit ſtatutum, q̃ ſtantibus maſculis filiæ fœminę nõ ſuccedãt abinteſtato, ſi paterfa. in ſuo teſtamẽto filios inſtituat, & filiabus titulo inſtitutionis relinquat nihil, ſed tantũ certũ quid, vnde dotẽtur ex forma ipſius ſtatuti iubentis eas dotari, an talis filia poſsit teſtamẽ. impugnare eo prætextu, q̃ titulo inſtitutionis nihil ſibi relictũ fuerit? Et reſpõ. nõ poſſe teſtam. impugnare. Iſta eſt vera & cõis op. quam tenuit Angelus in. l. Papinianus. §. ſi quis mortis. ff. de inoff. teſtamen. Idem Angelus in. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. per illum tex. eod. titulo. Bart. in. l. fina. ff. ad Trebellianum. idem Bart. in. l. 1. §. filiũ. ff. de contra tabulas. Baldus in. l. maximum vitium. C. de liber. præteri. Alexan. ſequitur & dicit hanc eſſe communẽ op. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de libe. & poſthu. idem Alexan. in. l. filiæ dotẽ. C. de colla. Deci. conſ. 105. Et pro tenui. in prin. idem Deci. conſ. 228. In caſu. & vtrobiq; dicit hãc eſſe cõmunẽ op. Alex. conſ. 47.

Abundè. part. 2. idem Alex. consi. 68. Circa præmissam. part. 4. Cumanus consil. 79. Derisoriũ. idem Cumanus consi. 127. Mengus. Romanus consi. 13. Idé videtur Areti. consi. 170. Lóga est cõsultatio. vbi firmat hanc esse cómunem op. Benedi. Capra cons. 48. Et si viso. Ratio horũ est, quia ad impugnandũ testam. non admittitur is, qui abintestato succeſſurus non est. d. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. hoc titulo. dixi in. l. 2. suprà eod. sed licèt filia si de facto ad testam. subuertendum admitteretur, tamen hæreditatẽ abintestato capere non posset propter statutũ prę dictũ, ergo ad impugnandũ testam. admitti non debet. Pro hac parte habes tex. meliorem de iure, quẽ nullus allegat in §. eadẽ hæc. Inst. de hær. ab. vbi qui nõ admittitur ad succedendum abintestato, is lõgè minùs admittetur contra testam. ergo hæc filia, quæ abintestato admitti nõ potest, longè minùs cõtra testam. admittenda est. Ad idem. l. in arenam. hoc titulo. vbi etiam attigimus.

238 *Statuto stã te, quòd stãtibus masculis &c. tũc filiabus nõ debetur legitima. cũ Bar. Paul. & alijs. cõtra Bal. Sali. & alios.*

Sed an in terminis superioris statuti filia licèt abintestato succedere nequeat, debeat saltẽ cõsequi legitimã? Et Sali. hîc col. pe. & fi. tenet ꝙ sic. nu. 11. post Bald. & Ioan. de Retijs, quos ipse refert, firmãs se ita vidisse pluries consultũ. sequitur Iaſ. hîc nu. 53. & nu. 57. Contrarũ tenet Paul. hîc. Bar. nu. 6. in. l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cond. & dem. vbi Paul. col. pe. qui ait se millies hac de re cõsultũ, semper tenuisse hãc partẽ negatiuã. idé vult Bal. in. l. maximũ vitiũ. C. de lib. prẹt. & Alex. in. l. Gallus. §. & quid si tãtùm. ff. de lib. & posthu. Quæ op. in pũcto iuris vera videtur, quasi hoc casu primũ gradũ in succeſsione abintestato videatur tenere filius, secundũ aũt gradũ filia fœmina. Ergo vt si reuera filia foret in secundo gradu, tũc cum existente in primo gradu etiã quo ad legitimam tantùm nõ posset cõcurrere. vt per omnes titulos. ff. C. & Instit. de succeſsionibus abintestato. loquẽtes: ita etiam & si virtualiter ex forma statuti filia in secundo gradu videatur extitisse. Et est viua ratio à nemine præuisa.

239 *Dotis nomine nõ minùs aſsignãdũ est, quãsit legitima in terminis superioris statuti. cum cõmuni.*

Sed licèt hæc ita veriora videantur in puncto iuris, & magis communiter recepta, tamen prima op. Sali. & sequacium, quæ magis æqua videtur, ex alio capite defendi potest. Nam stante tali statuto, filiæ dotis nomine non minùs aſsignãdũ est, quàm sit mensura, quantitasq; sue legitimæ secundùm cões op. vt dixi in. l. si quãdo. §. illud. infrà eod. resoluit latè Decius cons. 180. & Iaſ. hîc in fin. & Riparesponsorũ lib. 5. c. 15. Salic. & Fulgo. in authen. resq;. C. com. de leg. ergo in tali statuto licèt legitima nõ videatur excepta, tamẽ nomine dotis eã cõsequetur filia.

Sed an eã dotem posit filia deducere statim post mortem patris, an debeat spectari tempus nuptiarum? Et Bar. nu. 6. vbi Paul. col. pe. in. d. §. Titio genero. & Xuarez in. l. quoniam in prioribus. lim. 11. infrà eodẽ. tenent, ꝙ debeat spectari tempus nuptiarum. Idem tenet Paul. hîc. idé Imola in. d. §. Titio genero. nu. 11. col. fin. sicq; hæc videtur cómunis opi. & vi. Iaſ. hîc col. fi. Ergo non videtur excepta legitima, nam legitima nullã pateretur dilationem vt. l. quoniã. in prioribus. j. eodẽ.

240 *Legitima per stat. aucta, an sit relinquẽda titulo institutionis. quòd sic, contra quãplures.*

Quid autẽ si per statutũ augeatur legitima simpliciter, nõ expresso an relinquatur titulo institutionis, an tũc talis legitima posit relinq quoquo titulo? Et Bald. in. l. maximũ vitiũ. tenuit posse. idé tenet Paul. hîc nu. 5. idé Paul. in. l. fi. §. in cõputatione. C. de iure de lib. & vtrobiq; refert Bal. in. d. l. maximũ. C. de lib. præt. Roma. consi. 399. Præsens consultatio.

Contrarium, ꝙ imò etiam illo casu legitima sit relinquẽda titulo institutiõis, tenẽt Iaſ. hîc nu. 24. Xuar. in. l. qm̃ in prioribꝰ. sup lege regia in pr. fol. 56. j. eod. & Imol. in. l. si verò. §. de viro. ff. sol. ma. Romanus in. l. si quis priore. ff. ad Trebellia. Alexan. in. l. nam quòd. §. nõ oĩs. eod. tit. Et hęc op. verior est p. l. sed & posteriores.

ff. de

ff.de leg.l.1.§. lex falcidia. & quæ ibi per Alex.& alios ff.ad legẽ fal.facit qđ ait Alcia.lib.4.parad.c.10.& Deci.in.l. ſi ex teſtamẽto.C.vnde liberi. idẽ Deci.cõſ.5.Tiraq.in tra.de vtroq; retra.in gl.14.nu.91. hãc partẽ tenet etiã Alex.in.d.§.in cõputatione.& in.l.inter cætera.in fi.ff.de lib.& poſthumis.

241 Hinc infertur neceſſari⁹ intellectus ad.l. 9.tit.5.lib.3.fori.ꝑ quã aucta eſt legitima liberorũ, vt licèt in ea expreſſum nõ ſit,ꝙ talis legitima relinquatur honorabili titulo inſtitutionis,tñ intelligendũ ſit titulo inſtitutionis eã relinqui oportere ſecũdùm docto.op.qui hãc poſteriorẽ partẽ tuẽtur. Quod expreſsim tenuit Xuarez vbi ſuprà.allegat Bal.ſibi cõtrariũ in rub. de cauſ.poſ.& propriet.col.fi.Ad idẽ habes tex.in foro juzgo.lib.4.tit. de los bienes que pertenecẽ por natura.

L.9.titu.5. lib.3. fori.

242 *Legitima iure regio relinquẽda eſt titulo inſtitutionis. cum cõi.*

243 *Intel.l.9.ti. 5.lib.3.fori.*

244 Sed in contrariũ fortiter facit tex.in.l.1. titu.de los teſtamẽtos.lib.5.ordina.vbi valet teſtam.etiã citra hæredis inſtitutionẽ, & cõſequenter nõ eſt neceſſe legitimã titulo inſtitutionis relinqui. Reſp.ꝙ ſi teſtator in ſuo teſtamẽto nullũ hæredẽ fecit,tũc neceſſe nõ eſt đ legitima tractare, cũ ꝑ illãmet legẽ abinteſtato illimet ſuccedãt,quibus legitima debebatur cũ onere præſtandorũ legatorũ,& fideicõ. & reliquorum in illo teſtamẽto relictorum. Quòd ſi teſtator in tali teſtamẽto vni ex filijs legitimã aſsignaſſet in certa vel certis rebus, & reliquũ hæreditatis iuſsiſſet diſtribui inter reliquos filios ſuos, tũc ſimiliter is filius cõqueri nõ poſſet,ꝙa is pater f.nõ tã teſtatus, q̃ inteſtatus decedere videretur.arg.l.fi.C.fam. her.&.l .hac cõ ſultiſſima.§.ex imperfecto.C.đ teſtam.& cõſequẽter liberorũ nullus videretur habere titulũ inſtitutiõis,& oẽspares exiſterẽt,idq; teſtam.imperfectũ eſſet,validũ tñ eo ꝙ fieret inter liberos. vt dictis iurib⁹. necvolũtas teſtãtis valere deſineret, eo ꝙ titulus inſtitutiõis defuiſſet, nã legitima titulum inſtitutionis deſiderat, cùm ex

245 *Teſtamentũ an iure regio ualeat ſine hæredis inſtitutione nouã declara.*

teſtamento ſucceditur,non autẽ quando ſucceditur abinteſtato. vt probatur in.dict.l. fin. Quòd ſi fratrũ aliqui eſſent hæredes inſtituti,tunc ſi in certis rebus alteri filio ſua legitima aſsignata eſſet citra titulũ inſtitutionis,id teſtam. nõ valeret. vt in authẽ.vt cùm de appell.cog.§. aliud quoq;.&.§.cæterũ.& auth.nõ licet. C.de lib.præt.nec valeret teſtam.eo ꝙ reliqui filij eſſent hæredes ſcripti non magis,q̃ ſi extranei ſcripti forent.arg .l.cùm oportet.in pr.C.de bo.quæ lib.& hoc caſu nõ procederet.d.l.regia. Non quoq; procederet eo caſu,quo filio eſſet integra legitima in rebus certis aſsignata citra titulum inſtitutionis, ſi extraneus eſſet hæres ſcriptus,vel etiam extraneus cum reliquis liberis.vt in.d.§.ex imperfecto. cum ibi latè notatis per glo.& doctores, & vi. infrà in ſeq.Nam hæc procedunt, retẽta cõi opin.quæ habet iure hodierno legitimam relinqui oportere titulo inſtitutionis,quod nos negamus tã iure cõi,quàm regio.Vnde hoc vltimo caſu tenemus teſtam.valiturum mero iure,licèt querelæ ſubiaceat.Quod in terminis iuris cõmunis eſt contra omnes docto. & in terminis iuris regij eſt contra Roderi. Xuarez vbi ſuprà.& contra Grego. Lupum in.d. l.5. titu. 8.part.6.Et iunge dicta ſuprà in princ.huius.§.cùm pl. nu.ſequen.Et tandẽ magis eſt teſtam.iure regio ad ſui formam non requirere hęredis inſtitutionẽ. vt in.d.l.1.titu.2.lib.5.ordi.in cuius termi nis ſi extranei forẽt hæredes ſcripti,& diceres teſtatorem videri inteſtatum deceſſiſſe, tunc honorati illo teſtamẽto priuarentur,vel fraudarentur hæreditatis quadrante,qui iure falcidiæ aut Trebellianice remaneret penes hęredes legitimos teſtatoris,id quod planè eſſet contra ipſius voluntatem. Verius eſt ergo hoc requiſitum teſtamenti , quòd ſit hæredis inſtitutio , procedere in teſtamento de iure communi , non ſic de iure regio , per illã legem,vbi intelligo per illud teſtam.

legitimos teſtatoris hæredes nihil ex bonis illius defuncti habituros, niſi aliqua cõiectura appareat illum teſtatorem animum codicillandi tãtùm, non etiã teſtãdi habuiſſe. Quod primũ intelligitur in teſtamento nuncupatiuo, de quo loquitur. d.l.1. ſecundùm declarationẽ. l.3. Tauri. In teſtam. autem in ſcriptis dic vt. d.l.3. Et an vtrunq; teſtam. iure regio videatur informe, alibi dicemus.

246 *Teſtamentũ ad pias cauſas non requirit titulum inſtitutionis. cũ cõmuni.*

Quid ſi teſtam. fiat ad pias cauſas, an in eo ſit legitima relinquenda titulo inſtitutionis? Et tenet Bar. ℭ nõ in. l.1. C. de ſacr. eccle. in. 2. quęſt. 5. par. Ratio, quia in teſtamento condito ad pias cauſas nõ attenditur ius ciuile, ſed tantùm ius gentiũ. c. cùm eſſes. &. c. relatũ. extra. de teſtamẽ. ſed ℭ legitima titulo inſtitutionis relinquatur, id eſt de iure ciuili poſitiuo, non de iure gentiũ. vt per Bar. & alios in. d.l.1. de ſacr. eccleſi. ergo talis ſolennitas non eſt ſeruãda in teſtamẽto condito inter liberos. & idẽ tenẽt Bal. in. d.l.1. col. 26. Pet. de Ancha. in. d. c. cùm eſſes. & Imol. ibid. Alex. in. l. inter cætera. ff. de lib. & poſth. Iaſ. hîc colũ. 5. nu. 20. qui allegat Matheſ. not. 104. aliàs in not. 116. eſtq; cõis opin. ſecundùm Alexand. vbi ſuprà. facit optimè quod diximus ſuprà. §. 10. ante finẽ.

247 *Titulus inſtitutiõis inducitur per illã clauſulam, eo meliori modo quo poteſt. cũ cõmuni.*

Quid ſi legitimam filoſa. titulo legati reliqui, deinde adieci hanc clauſulam generalem, vt teſtam. valeret eo meliori modo quo poſſet. certè tũc hæc clauſula facit legitimam videri relictam titulo inſtitutionis. Ita tenent Bald. in. l. quoties. C. de hæred. inſtitu. Paulus conſi. 345. Super pũcto quo quæritur. Cumanus in. l. his verbis. ff. de hæred. inſtitu. Iaſ. hîc numer. 20. Alexand. & Imola in. l. nã quòd §. non omnis. ff. ad Trebel. Decius conſi. 228. In caſu. in princ. ſicque hæc eſt communis opin.

248 *Titulus inſtitutionis nõ inducitur, quando*

Quid ſi paterfam. reliquiſſet titulo legati filiæ centum, & prohibuiſſet eam plus petere? Certè tunc ex vi illius prohibitionis ſatis videtur ea centum pro ſua legitima reliquiſſe, & conſequẽter habetur perinde ac ſi titulo inſtitutionis ea cẽtum relicta eſſent. Ita Bal. in. l. ſi adulta. C. de hær. act. idem Bal. in add. ad Specul. in titulo de inſtr. editi. verſi. filia. ſecundũ ℭ refert Iaſ. hîc nu. 24. ſequitur Romanus in. l. nam quòd. §. non omnis. ff. ad Treb. Cuma. in. l. his verbis. ff. de hære. inſtitu. Paul. conſi. 345. Super puncto quo quæritur. Sed Iaſ. hîc nu. 24. tenet contrariũ. & Alex. in. d. §. non omnis. poſt Salic. quẽ allegat. & poſt Imolã quem allegat in. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hær inſt. & in. d.l. his verbis. & in. d. ca. Rainutius. de teſtamẽ. Cuius rei veritas videtur pendere ab illo articulo, an ſi cẽtum filio reliqui pro ſua legitima, ſufficiat etiã ſi nõ dicam, & eũ in illis cẽtum inſtituo. De quo per doct. in. l. humanitatis. C. de impuberũ. Et pro opinione Bald. multùm facit text. quẽ nullus allegat. in. l. ſi quando. §. illud. infrà eodem. facit text. in. l. ſcimus. in princip. & quæ ibi diximus. C. de inofficio. teſtamen.

centũ filiæ reliqui, & prohibui pluspetere. contra plures.

Sed nobis nõ videtur huiuſmodi loquutionem pro titulo inſtitutionis haberi, quinimò dum prohibet plus petere, ipſi inſtitutionis titulo pugnare videtur, de cuius natura eſt recipere augmentum. l. 1. §. ſi ex fundo. l. ſi alterius. ff. de hæred. inſtitu. nec illa adiectio, aut prohibitio inducta ad diminutionem, debet videri operari augmentum. contra. l. legata inuti liter. ff. de lega. 1.

249 *Titulus inſtitutionis nõ inducitur per diuiſionẽ omnium bonorum inter liberos.*

Quid ſi paterfa. omnia bona ſua diuiſit in ſuo teſtamento inter filios, vel cuiq; res certas aſſignauit. iuxta. l. fina. C. fam. her. l. ſi pater. & l. quæ pater. ff. fami. her. nec apparet alia hęredis inſtitutio, an tũc ſit perinde ac ſi diceret ſe in rebus illis filios hæredes facere? Et glo. 1. in. l. quoties. de hær. inſtit. tenet quòd ſic. Idem tenent Ange. & Imola in. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hær. inſti. Imola in. l. Centurio. ff. de vulga. Bar. ſentit in. l. fi. ff. de peculi. leg. idem in verb. diſtribuit. authen. licèt. vbi Bald. notat

notat.C.de nat.lib. Sed certè quòd hoc caſu valeat teſtam.inter liberos in vim vltimæ volun.veriſimum eſt.vt in.l. fi. C. fam.herc.Et ita ſentit ad aliud propoſitũ gloſ.hîc,quam in hoc ſequuntur Iacob. Butrig.Alber.Cinus,Petrus.Bal. Sali.Fulgo.Paul.& omnes.dum intelligũt,quòd authen.noſtra.& in corpore vnde ſumitur,dum aiunt non oportere legitimam relinqui titulo inſtitutionis, ſed ſufficere quòd relinquatur quoquo titulo, non ſunt correctæ,quando paterf.inter ſolos liberos teſtatur,nullum faciendo hæredẽ,ſed omnia bona inter eos legãdo, vel diſtribuendo,ſed tunc expeditiſsimum, quòd tunc ipſi non videntur inſtituti,licèt teſtam.iure ſingulari in vim vltimæ volun.ſuſtineatur.vt.d.l.fi.C. fam.herci. &.l.hac conſultiſſ.§.ex imperfecto.C. de teſtam.Ergo quaten⁹ gl. in. d.l.quoties. voluit valere teſtamẽ.vera eſt, quatenus voluit filios videri inſtitutos,dubia eſt.faciunt quæ ſuprà dixi.

250 *Titulus inſtitutionis omitti poteſt fauore liberorum. cum cõmuni.*

Quid ſi legitima filio ſa.non titulo inſtitutionis,ſed alio,putà reſtitutionis relicta fuit,idq; ob vtilitatem ipſius filij,an vitietur teſtam.Reſpõdeo minimè vitiari.Ita tenet gl.in.l.ſcimus.§.repletionem. infrà hoc titulo.Cinus,Bar.Angel.& alij in.l.cùm ex filio.in prin.per text.ibi.ff.de vulg.Imola,& Alexan. in.l.multi. ff. de lib.& poſthu.per text.in.l.Seius Saturninus.ff.ad Trebel.& in.d.l.multi.Matheſ. not.104.Iaſ.hîc num.24.Facit,quia conditio,quæ reſpicit vtilitatem filij,nõ reijcitur de legitimâ ipſius.l.filijs matrẽ. vbi tenent Bar.& coĩter doct.vt ibi dixi.ĩ.eo.

251 *Titulus inſtitutionis ſuppletur per clauſulam codicillarem.cum communi.*

Quid ſi legitimã titulo legati reliqui, & adieci in teſtamento clauſulam codicillarem? Reſpondeo valere teſtam.Ita Bar.in.l.1.quæſt.4.ff.de iure codicillorũ. Bal.in.l.fi.C.de codicil.Bal.in authen. ex cauſa.C.de lib.præt.reprobata glo.ibi.ſequitur & dicit eſſe cõmunem op.Alexã. in.d.auth.ex cauſa.col.5.ſequitur & dicit eſſe communem opinionem Decius cõſil.228 In caſu.in principio.

252 *Titu.ſubſt. uulg. legitima relinqui poteſt. cũ cõmuni.*

Quid ſi relinquatur legitima titulo ſubſtit.vulg.Reſpon.Communis opi.eſt valere teſtam.nam tunc teſtamẽto quo ad primum gradum euaneſcente,incipit valere in ſecundo gradu ſubſtitutionis. tex.eſt in.l.3.§.fi.ff.de ini.rup.& in.l.pen. eod.titu.& in.l.3.§.fi.ff.de libe.& poſthu. & in.l.ex facto.§.Lucius.ff. de vulg.& in l.ſi filius fam.ſubſtituatur.ff.de hæred. inſtitu.vbi tenet Bal.ita.& dicit illum text. non eſſe alibi.glo.1.in.l.ſi pater impuberes.ff. de vulga. & ibi Imola. Imola, Cumanus, & alij in.l. ſi pater filium. ff. de vulga. Alexand. in dict.l. inter cætera. Iaſ.hîc num.26.Xuarez in.l.quoniam in prioribus.infrà eod.lim.15.Quòd ſi pater filio decem ſimpliciter reliquiſſet in teſtamento,& poſtea in codicillis declarauit,quòd illa decem relinquebat ei titulo inſtitutionis,tunc talis declaratio nulla eſſet,nec ſufficeret vt filius in illis decem inſtitutus videretur.ſecundùm Bal. in.l.non codicillum. C. de teſtamen. per l.quod per manus.ff.de iure codici.ſequitur Iaſ.hîc nu.25.

253 *Titulus fidei.uni. nõ ſufficit ad legitimam. cũ cõmuni contra Accurſi.*

Quid ſi legitima relinquatur titulo fideicommiſ.vniuer. Et glo. tenuit id ſufficere nõ ſecùs,quàm ſi titulo inſtitutionis relinqueretur.Ita gloſſ.in.l.ſcimus.§. cùm autem.infrà eodem. Sed in contrarium eſt communis opinio,& ſic eam reprehendunt Cinus,Bart.& alij ibidem. Bart.in.l.ita tamen.§. qui rogatus. per illum text.ff.ad Trebel.idẽ Bart.in .l.cùm ex filio.in principio.ff.de vulga.Bar.in.l. multi non notæ.ff. de liberis & poſthumis.& in.l.ſi emancipatus.ff. de contra tabul.Bald.& Imola in dicta.l.inter cætera.Iaſ. hîc numer.27. faciunt notata per eundem Iaſ.in.l. poſthumo notato. numer.5.C.de bo.poſ.contra tab.

Titulus inſtitutionis inducitur per illa uerba,relinquo filio decem

254 Quid ſi pater reliquit filio decem pro ſua legitima,nec adiecit, q̃ in illis decẽ eũ hæredem inſtituebat,an id ſufficiat vt videatur habere titulo inſtitutionis &

pro ſua legitima . cũ cõi contra alteram cõmunem.

valeat teſtamẽ. Bart. quòd ſic in auth. vn de & ſi parens. infrà eod. idẽ tenẽt Bal. & Fulgo. ibi. idẽ Bart. in. l. fi. ff. de pecul. lega. idem Bart. in conſi. ſuo incipiente, Cõſultus ſuper prædicto puncto. vt refert Iaſ. hîc. nu. 28. idẽ Bald. in. l. quoties. C. de hære. inſtitu. Cumanus in. l. his verbis. ff. de hęr. inſtitu. Romanus in. l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel. vbi firmat ſe pluries cõſuluiſſe pro hac opinione Bar. Cardina. in. d. cap. Rainutius extra. de teſtam. Paulus. conſi. 179. In caſu præſenti quantum ad id. quanuis Bar. in. l. filium. §. ſed & ſi portio. ff. de leg. prę̃ſt. ſuper hoc reliquerit cogitandum. Idem tenuit Bal. colum. 3. in. l. humanitatis. per illum tex. ibi, legitima portione. C. de impuberum. quem ſequitur Cora ſi. ibid. num. 14. allegat Bald. in. l. fina. colum. 2. C. fam. herc. eund. Bald. in. l. his verbis. ff. de hær. inſti. Barba. in cap. Rainutius. columna. 16. de teſtam. Alexan. conſi. 126. Viſo proceſſu cauſæ. Paul. & Corn. colum. 2. in. d. l. humanitatis. Iacob. de Are. in. l. quoties. C. de hæred. inſtitu. Bal. in. l. ſi adulta. C. de hæred. act. latè Decius in dict. l. humanitatis. colum. 2. qui hanc dicit communẽ opini. quam etiam communẽ dicit Alexan. ibi. Bar. conſ. 146. Marſil. & idẽ in cõſ. ſeq. Conſuluit Franc. Tigri. Corn. conſi. 25. In caſu iſto. par. 2. idem Corn. cõſ. 298. Ante omnia. col. 2. lib. 1. Alexã. conſi. 17. Ponderatis his. lib. 3.

Cõtrariam partem, vt tale teſtam. nõ valeat, tenent Sali. in. l. quoties. C. de hæred. inſt. idem Salice. in. l. humanitatis. C. de impube. & in dict. auth. vnde ſi parẽs. Imol. in. d. c. Rainutius. & ibi Barb. idem Imola in. d. l. his verbis. ff. de hæred. inſt. & in. l. 1. § ſi ex fundo. ff. eod. tit. Matheſ. not. 159. Alex. conſ. 70. volumi. 2. incipit. Viſo conſilio aliàs per me reddito. vbi dicit, quòd iſta op. ſemper ſibi viſa eſt de iure vera. idem Alex. in. l. 1. in prin. ff. ad leg. fal. idem Alex. in. l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Treb. & in. d. l. humanitatis. vbi etiam Corne. in hanc partẽ inclinat. ſic eſt quæſtio hæc pro amico.

Teneo primam partem affirmatiuã, vt valeat teſtam. Moueor, qa in dubio il la pars tenenda eſt, per quã ſuſtinetur teſtam. l. ſi pars. ff. hoc tit. ſed ſecundũ hãc opi. teſtam. ſuſtinetur, ergo hæc op. ſequẽda. Secundò moueor, nam verba ſunt intelligenda ſecũdùm ſubiectam materiã l. ſi vno. ff. locati. ſed materia ſubiecta deſiderat inſtitutionem hæredũ, ergo talis ſubſtitutio ſubintelligenda eſt. Tertiò, quia verba ſunt interpretanda vt diſpoſitio potiùs ſuſtineatur, q̃ pereat. l. quoties in ſtipul. ff. de verb. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. &. §. hæc quoq;. ff. de verb. ob. etiã ſi per hoc verba improprientur. vt ibid. &. l. quibus diebus. §. dñs. ff. de condi. & dem. vbi Soci. ſed hoc modo interpretando teſtam. ſuſtinetur. etiã abſq; vlla verborũ impropriatione. ergo. &c. Quartò per l. Gallus. §. 1. cũ ibi notatis. ff. de lib. & poſthum. Et hæc pars eſt indubitata, ſi teneas cùm quãpluribus, q̃ legitima eſt quota hęreditatis. De quo ſuo loco dicemus. Pro nobis tex. expreſſus, & quæ ibi dixi in. l. ſcimus. in pr. C. de inof. teſta. Poteris etiã conc. vt referat, vtrùm alij eſſent ritè inſtituti, ſiue filij, ſiue extranei, an nõ. &c.

Idẽ ſi dixit, pro ſua parte. cũ cõi cõtra Iaſ. & alios.

255 Quid ſi dixit teſtator, q̃ illa decẽ filiæ relinquebat pro ſua parte? Reſp. idem vt valeat teſtam. ſecundũ Bal. in. d. l. humanitatis. col. 4. vbi etiam Paul. Et pro hoc vltimo eſt bonus tex. in. l. ſcimus. in pr. in verb. pro parte. infrà eod. vbi notat Bal. idem Bar. in. l. peto. in prin. ff. de leg. 2. licèt Iaſ. hîc teneat contrarium nu. 29. ſed cum Bal. videntur tenere quos in ſuperiore articulo retulimus.

Idẽ ſi dixit, q̃ ſua falcidia cũ cõi cõtra Iaſ. & alios

265 Quid ſi dixit, q̃ relinquebat illa decẽ filio pro ſua falcidia? Reſp. idẽ vt valeat teſtam. ſecũdũ Bar. in. d. auth. vnde ſi parẽs. infrà eod. & eſt de mẽte eorum, quos ſuprà retulimus tenere communem opin.

Idem ſi per errorẽ dixit

257 Quid autẽ ſi groſſus notarius ſcripſit in teſtamẽto, q̃ pater relinquebat iure reſtitu-

titulo reſtitutionis. cũ Bal. & Iaſ.

ſtitutionis, cùm deberet dicere, iure inſtitutionis? Reſp. q̃ valet teſta. probato errore. ita Bal. in. l. ſi cùm ante. C. de dona. ante nup. per glo. in. l. fi. C. de fideiuſ. ſequitur & confirmat Iaſ. hîc nu. 30. & eſt text. quaſi expreſſus, quẽ nullus allegat in. l. Titius. ff. de lib. & poſth. tex. not. in. l. cũ auus. ibi, plus dictũ. ff. de cõd. & dem. facit. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Treb.

258 *Titulus inſtitutionis non poteſt adiici p cõmiſſarium de iure cõi noua decla.*

Quid autẽ ſi teſtator reliquit filiæ centum ſimpliciter, & poſtea iuſsit, q̃ ſuum teſtam. aptaretur ad conſilium ſapientis, an ille ſapiens poſsit declarare, quòd illa centum iure inſtitutionis relicta intelligantur? Hãc quæſt. tangit Paulus hîc nume. 5. Iaſ. nu. 34. poſt Albe. & nil firmant. poſt Bar. in. l. pater filiũ. §. fi. de leg. 2. Sed Bar. poſt. Ricar. Malũ. cõcludit q̃ nõ poſſit in. l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti. Ibi tñ Bal. tenet cõtrariũ. & idẽ Bal. in. l. captatorias. C. de teſtam. mil. in. 5. oppoſitione. & idem Baldus in. l. humanitatis. C. de impub. vi. Imolam in dict. l. illa inſtitutio. Et hanc Bald. opin. veriorem puto. argumento dict. l. illa inſtitutio. & l. ſi ita ſcripſero. ff. de conditio. & demonſtr. & l. Theopompus. ff. de dote prælega. l. fin. C. de fidei. & §. fin. Inſtit. de fideicom. hæred. l. hęredes palàm. §. ſed ſi notam. ff. de teſtam. l. ſi pars. ff. de inof. teſtamento. l. quoties in ſtipulati. ff. de verbor. obli. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. & §. hæc quoq;. eodem titulo. l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtruct. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de conditio. & demon. facit. l. his verbis. in princip. ff. de hære. inſti. & quia ſubueniẽdum eſt teſtatori, qui turbatus præſumitur mortis cogitatione. l. hac cõ ſultiſsima. §. at cùm humana. C. qui teſtament. facere poſ. Sed pro parte negatiua, vt tale teſtamentum non valeat, fortiter facit text. in. l. codicillis. §. fin. ff. de lega. 2. & l. cùm pater. §. filius matrẽ. ff. eod. Vnde illa verba ęò rem perducunt, vt tale teſtamentum non iure teſtamenti, ſed iure codicillorum valeat, & eſt ipſa veritas. Facit, quia codicillis titulus inſtitutionis nõ poteſt adijci, vt dixi infrà lib. 3.

259 *Titulo inſtitutionis legitimæ relinqui debet.*

Ex ſuperioribus fac regulam cum qui buſd. limit. Regula ſit. Legitima eſt relinquẽda titulo inſtitutionis. vt dict. §. aliud quoq;. in authent. vt cùm de appel. cog.

260 *Limit. 1.*

Limit. primò, vt non procedat de iure canonico, quo iure quoquo titulo relinqui poteſt, ſaltem filiabus, & reliquis omnibus perſonis, præter filium f. vt. d. c. Rainutius. in verb. relinquens. ſecũdùm noſtrum nouiſsimum intellect. ſuprà relatum.

261 *Limi. 2.*

Limi. 2. vt nõ procedat de iure. ff. quo iure quo ad primordialem teſtamẽti validitatem quoquo iure relinqui poterat. l. ſi non mortis. & l. Papinianus. §. ſi quis mortis. & §. quarta autem. & §. quoniam autem quarta. ff. de inofficioſ. teſtamen. §. igitur. Inſt. eod. l. cùm quæritur. & l. parentibus. & l. ſi quando. §. illud. & §. generaliter. hoc titulo. l. qui filium. ff. vbi pupil. educari deb. l. Gallus. §. in omnibus. ibi, filius duntaxat. ff. de lib. & poſth.

262 *Limit. 3.*

Limit. tertiò, vt iure. C. non eſſet neceſſe relinqui legitimam titulo inſtitutionis, ſed quoquo titulo ſufficeret. l. omnimodo. l. ſcimus. §. cùm autem. & in prin. d. l. ſi quando. §. illud. & §. & generaliter. infrà hoc titu.

263 *Limit. 4.*

Limita quartò, vt etiã hodie ad creationem teſtamẽti, eiuſq; primordialem validitatem non ſit neceſſe legitimã titulo inſtitutionis relinqui, ſed tantũ ad querelam eu itãdam, per quam teſtamẽtum initio validum infirmari poteſt. vt d. §. aliud quoq;. iuncta. l. ſi non mortis. & l. Papinianus. §. ſi quis mortis. §. quarta autem. §. quoniam autẽ quarta. ff. eod. §. igitur. Inſtit. eod. l. ſcimus. in prin. & §. cùm aũt. eod. ſecundũ noſtrũ intellect.

264 *Lim. 5.*

Lim. 5. vt non procedat in teſtamento condito inter liberos, quando nullus omnino reperitur inſtitutus, nam tunc teſtament. valet, licèt liberi non æqualiter ſint honorati. argument. l. fi. C. fami. her.

&.§.ex imperfecto. l. hac conſultiſ. C. de teſtament. vt tenet hîc gloſ. Coraſ. in. l. filium quem. num. 82. C. fam. herciſcund. ſequunturPetrus, Cinus, Alber. Odofre. Iacob. Butriga. Ioannes Faber, Bald. Angel. Salice. Fulg. Paul. Aretin. & Iaſ. hîc. & eſt communis opin. licèt ſi aliquis filiorũ eſſet inſtitutus, tũc reliquis legitima nõ ſufficeret quòd relinqueretur alio titulo quàm inſtitutionis. ſecundùm veram & communem opin. vt ſuprà diximus. pro qua optimè facit. l. cùm oportet. in princip. C. de bon. quæ liber.

265 Limi. 6. vt non procedat, quãdo eſſet
Limita. 6. ſtatutum (vt viget per totam Italiam) ꝙ ſtantibus maſculis, filiæ fœminæ nõ ſuccedant, ſed debeant dotari, nam tunc eis licèt dotis nomine non minor quãtitas q̃ legitima futura eſſet, debeat aſſignari, ſicque dos ſuccedat loco legitimæ, adhuc ea dos non eſt relinquenda titulo inſtitutionis ſecundùm veram & communem opinionem. vt ſuprà dixi.

266 Lim. 7. quãdo per ſtatutum eſſet aucta
Limita. 7. vel diminuta ſimpliciter menſura legitimę, nõ expreſſo, an deberet dari titulo inſtitutionis, nã tunc quoquo titulo relinqui poſſet. ſcd̃m Bal. & alios. s̃. relatos. cuius opin. vt diximus vera non eſt.

267 Limi. 8. in teſtamẽto facto ad pias cau
Limita. 8. ſas, in quo quoquo titulo legitima relinqui poteſt. vt ſuprà diximus.

268 Limit. 9. quando poſtquàm teſtamen
Limita. 9. to legitima titul. ſingulari relicta fuit, adieci hanc clauſulã, vt id teſtam. valereteo meliori modo & forma, quo valere poſſet, nam tunc valebit, vt ſuprà diximus.

269 Limit. 10. quando virtualiter, & men-
Limita. 10. taliter teſtator, qui filiæ centum reliquit titulo legati, voluit quòd ea tantùm centum pro ſua legitima haberet, prohibendo eam plus petere ſecundùm Bald. & alios. quod nõ eſt expeditum, vt ſuprà diximus.

270 Limit. 11. quando teſtator omnia bo-
Limita. 11. na inter liberos diuiſit, nullum hæredẽ inſtituendo, nam tunc valet teſtament. l. fin. C. famil. herciſcun. & dict. §. ex imperfecto. Et ita poteſt procedere noſtra authent. & in corpore vnde ſumitur, vt ſuprà diximus.

271 Limit. 12. quando ob vtilitatem ipſius *Limita. 12.*
filij titulus inſtitutionis omiſſus fuiſſet, nam tunc non definit valere teſtament. ſecundùm veram & communem opin. vt ſuprà diximus. argument. l. filijs matrem. infrà eodem.

272 Limita. 13. quando poſt legitimã ſim- *Limita. 13.*
pliciter titulo legati relictam adieci clauſulam codicillarem, nam tũc ſuſtinetur vltima volunt. vt ſuprà dixi ſecundùm veram & communem opinio.

273 Limit. 14. quando legitima relinqui- *Limita. 14.*
tur titulo ſubſtitutionis, nam teſtament. valet. ſecundùm veram & communem opin. vt ſuprà diximus.

274 Lim. 15. quando legitima relinquitur *Limita. 15.*
titul. fideicom. vniuer. nam valet teſtam. ſecundùm glo. l. ſcimus. §. cùm autem. infrà eodem. Sed in contrarium eſt vera & communis opin. vt diximus.

275 Lim. 16. quando reliqui filio decẽ pro *Limita. 16.*
ſua legitima, nam valet teſtament. licèt non adijciam, quòd in illis eum hæredẽ facio. ſecundùm veram & communem opin. de qua ſuprà diximus.

276 Limi. 17. quando dixi, quòd illa decẽ *Limita. 17.*
relinquebam filio pro ſua parte. vt diximus ſuprà. §. 10. in vltima parte.

277 Limi. 18. quando dixi, quòd illa decẽ *Limita. 18.*
relinquebam filio pro ſua falcidia. vt ſuprà diximus.

278 Lim. 19. quãdo imperitia notarij dictũ *Limita. 19.*
fuit, ꝙ relinquebatur titulo reſtitutionis, cùm titulo inſtitutionis deberet dicere. vt ſuprà probaui.

279 Lim. 20. quando filię legaui centum, *Limita. 20.*
& adieci, ꝙ meũ teſtam. aptaretur ad conſilium ſapientis, nam tũc ſapiens ille poteſt ſupponere & declarare dediſſe me illa centum filiæ titulo inſtitutionis, vt ſic teſtamentum ſuſtineatur ſecundùm

verã

veram ſentẽtiam. vt ſuprà probauimus, cum modificatione tamen.

281 *Titulus inſtitutionis ſufficit in parte tantũ legitimæ cũ communi.*

Lim.21. vt non ſit neceſſe relinquito tam legitimã titulo inſtitutionis, ſed ſufficiat eſſe filium inſtitutũ in minori portione quàm legitima, vel in vna certa re. Ita tenet gl. hîc. cũ qua eſt cõis opin. quã tenent hîc Alberi. Cinus, Iacobus Butri. Petr. Odofr. Bart. Bald. Angel. Salice. Fulgoſ. Aretin. Iaſ. num. 14. Idem vult glo. in §. aliud quoque. in authent. vt cùm de appel. cog. vbi omnes. gloſ. in l. antequã. & ibi Bald. in l. fi. C. com. de ſucceſsio. gloſ. mag. in fin. in l. 3. §. ſed vtrũ. ff. de minori. & ibi Bar. Pro quo eſt tex. expreſſus in d. auth. vt cùm de appell. cogn. §. cæterùm.

Limita.22. quando titulus inſtitutionis omitteretur ob vtilitatem ipſius filij, nam tunc teſtamẽ. non deſineret valere. ſecundùm veram & communem opin. quam tenuit Bart. in l. cùm ex filio. ff. de vulg. Iaſ. in l. filijs matrem. colũ. 2. ſuprà eodem. Emanuel in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. pag. 15. ff. de liberis & poſthum. & iterum ibid. pag. 21. Salicetus in l. quoniam in prioribus. infrà eod. Rodericus Xuarez ibi in prima limitatione. Iaſ. poſt alios in l. multi non notæ. ff. de liberis & poſthum. Bald. in authent. ex cauſa. 8. colum. C. de lib. præ. Guiliel. de Cuno in authent. non licet. eod. tit. ſentit glo. in l. ſcimus. in princip. infrà eod. vbi videas per nos. & aliquid ſuprà attigimus. §. 10. in interpretatione dict. l. quoniam in prioribus. part. 3. limitatione. 1.

Alias plures limitationes & extenſiones potes colligere ex quæſtionibus ſuprà diſcuſsis, & quæ infrà ſubijciemus.

Limit. 23. Vltra quas limit. 23. vt nõ procedat in teſtamento, quod fieret à principe. argument. l. omnium. C. de teſtament. & quia princeps legibus ſolutus eſt. l. princeps. ff. de legibus. l. 1. vbi per omnes. ff. de conſtit. prin. §. ſed & quod principi. Inſtit. de iure natura. §. fin. Inſti. quibus mod. teſt. infir. l. ſi hęredum. vbi aliquid per Iaſ. in ſimili. C. de inof. teſtamen. l. Papinianus. §. Imperator. ff. eodem titul. l. ex imperfecto. ff. de legatis tertio. l. ex imperfecto. C. de teſtamentis.

Limita.24. in teſtamento cuiuſq; priuati, quod fieret in præſentia principis, in quo vt reliquæ ſolennitates iuris ciuilis remittuntur. vt in dict. l. omnium. ita fortè & hæc ſolennitas remiſſa poteſt intelligi. Et ita notab. & nouè extenditur. l. 5. titul. 1. part. 6. Facit optimè, quia tale teſtamẽtum veluti informe eſſe videri debet, ſicq; in eo præter ſolam voluntatis probationem requiritur nihil. vt docemur ſuprà. §. 11. ante finem. Niſi fortè dixeris hanc rem non ad ſolam teſtandi ſolennitatem, ſed etiam ad iuſtitiam diſponendi pertinere. Nam cùm per interuentum tituli inſtitutionis liberi, & parentes honore affecti, & per eius abſceſſum ignominia veluti notati videantur. §. ſola enim. in authent. vt cùm de appella. cog. vbi dicitur. ſola enim noſtræ ſerenitatis intentio eſt iniuriam exhæredationis & præteritionis parentibus & liberis auferre. l. Papinianus. in princip. & §. 1. ff. de inofficioſo teſtamento. l. quidam. C. de legat. & honor inſtitutiõis lucro etiam totius hęreditaris videatur anteponendus. l. Iulianus. ff. ſi quis omi. cau. ergo vt in tali teſtamento non videretur diſpẽſatum cum iuſtitia diſponendi quoad bona, ita quoque nec quo ad honorem inſtitutionis. id quod planè voluit glo. in ſimili in l. ſi quando. in princip. infrà hoc titul. Facit, quia lex generaliter loquẽs, comprehendit caſus etiam priuilegiatos. ſi de indiuiduo non reperiantur habere priuilegium in re illa qua de agitur. vt probat. l. in fraudem. §. fi. ff. de mil. teſtament. tenent Decius in l. ex teſtamento. C. vnde liberi. idem in conſ. 5. Alciatus lib. 4. parado. c. 10. ſed quo ad titulum inſtitutionis tale teſtament. non reperitur habere ſpeciale priuilegium. ergo. &c. Et hoc puto verius, & vt ſic potiùs limitetur, q̃ extendatur *L. 5. titul. 1. part. 6. ampliatur.*

datur.dict.l.5.titul.1.part.6.

Amplia. 2. Qua ratione ſimiliter ampliarem, vt licèt teſtamento, quod fit coram eo,qui nõ recognoſcit ſuperiorem in loco vbi fit teſtament. remittantur reliquæ ſolennitates. vt tradunt communiter doctor. per tex.ibi in dict.l. omnium.tamen hęc ſolennitas inſtitutionis liberorum remiſſa non intelligatur, quaſi non ſolennitatem tãtùm,ſed etiam iuſtitiam diſponendi videatur reſpicere, quæ etiam illo teſtamento remiſſa non intelligitur.arg. ſuprà dictorum.

Amplia. 3. Vnde&.3.amplia.vt titulus inſtitutionis liberorum requiratur in teſtamento quoque,quod fieret ab aliquo coram iudice,in quo ſimiliter licèt reliquæ ſolennitates prætermitti poſsint. vt probat.d. l. omnium. vbi tenent communiter doctor.tamen hæc ſolennitas remiſſa minimè intelligatur,quia reſpicit etiam iuſtitiam contentorum.vt iam diximus.

Amplia.4. Proinde&.4.ampliarem,vt iure quo que canonico talis ſolẽnitas requiratur. id quod ſuprà etiã attigim⁹. Quia in tali teſtamento licèt remittatur omnis ſolennitas quo ad modum diſponẽdi,non tamen remittitur æquitas,iuſtitiaq; diſponendi, ad quam titulus inſtitutionis pertinere magis eſt vt videatur per ſuprà dicta.Quod intellige nõ vt deſinat teſtam. valere,ſed vt ſubiaceat querelæ. vt ſuprà probauimus.

L.1.titul.2. libr.5.ordi. & l.3.Tauri. Vnde&.5. ampliarẽ, vt procedat etiã iure regio, quo iure licèt ſolennitas teſtãdi magna ex parte omiſſa aut remiſſa ſit. per.l.1.titul.2. libr.5. ordin. & etiam hæc ſolennitas inſtitutionis, tamen illud intelligeretur, quando liberorum, vel extraneorum nullus foret inſtitutus. Cæterùm ſi inſtitutus aliquis eſſet, & is filius præteritus,iam per hoc iniuria affectus videretur, quæ per illam legem remiſſa nõ intelligitur. vt nos per ſuprà dicta interpretamur.&ita etiam intelligo legem 3.Tauri.

Proinde etiam.6.loco ampliarem, vt procederet etiam in teſtamento facto tẽpore bellorum, quo tempore licèt remittantur reliquæ ſolennitates. vt docemur in.§.24.num.1.tamen hæc ſolennitas magis eſt vt nõ remittatur, quia vt diximus ſapit æquitatem & iuſtitiam diſponẽdi. *Amplia. 6.*

Qua ratione &.7. ampliarem, vt procedat etiam in teſtamento facto in loco hoſtili,in quo licèt ſimiliter reliquæ ſolẽnitates remittantur, tamen nõ ſic in iſta, quæ magis ſapit iuſtitiam contentorum in teſtamento, quàm ordinem teſtandi. Et ita intelligas quod ſcripſimus in.§.24 num. nono. *Amplia.7.*

Vnde &.8. ita quoque in teſtamento facto tempore peſtis intelligerem inter reliquas ſolennitates ibi remiſſas. vt docemur infrà.§.22.num.35.hanc ſolennitatem remiſſam nõ videri,quia ſapit vt diximus iuſtitiam diſponendi. *Amplia. 8.*

Vnde &.9.ampliarẽ, vt procedat etiã in teſtamẽto facto, vbi eſſet hominum, aut teſtium penuria, in quo teſtamento licèt reliquę ſolennitates remittantur.vt docemur infrà.§.24.num.5.tamẽ non ſic in hac ſolẽnitate, quæ magis pertinet ad iuſtitiam diſponẽdi per ſuprà dicta. Qđ diximus de teſtium inopia,intellige quãdo erat in communi, non ſic in particulari.argumento.l.1. ad fin.ff.de minori.l. proſpexit. ff. qui & à quib. Tiraquel.de cauſ.ceſſante.par.2.limitatione.31.vel.32. Aretinus in.l.2.col.5.ff.de vulgari. *Amplia.9.*

In ſumma &.10.idem intelligo etiam in teſtamento ruri facto, in quo licèt aliqua ex parte remittantur reliquæ ſolennitates.vt in.l.fin.C.de teſtamen. tamen magis eſt vt hæc ſolennitas remiſſa non intelligatur,cùm iuſtitiam ſapiat contentorum. *Amplia.10*

Proinde &.11.intelligerem idem fore etiam in teſtamento, vbi legitimi hæredes eſſent ſcripti,in quo licèt reliquæ ſolennitates aliqua ex parte remittantur, tamen hæc ſolennitas,quę aliquãtulum reſpicit *Amplia.11.*

reſpicit iuſtitiã diſponendi, remiſſa non intelligetur. Et ita intelligo. l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autem. C. de teſtamẽ.

Amplia. 12. Vnde &. 12. amplia vt procedat, etiam ſi per legem, ſtatutum, aut cõſuetudinẽ aliqua ex parte ſolennitas teſtandi remiſſa eſſet, nam adhuc quo ad numerum teſtium & reliqua ſolennia tantũ, non etiã quo ad hanc rem, quæ iuſtitiam ſapit diſponendi, remiſſa intelligeretur. Et ita intelligo quod in ſimili notatur in dict. l. ſi quando. in princip. C. de inofficioſ. teſtament. & capit. cùm eſſes. & capit. relatũ. 1. de teſtam. facit. l. cùm auus. C. de emancip. liberorum.

Legitima an parentibus ſit titulo inſtitutionis relinquẽda. quòd ſic pro cõmuni cõtra Iaſo. & Coraſ.

282 Quæro an procedat etiam in teſtamẽto filij erga patrem, vt & patri hodie relinquenda ſit legitima titulo inſtitutionis? Communis quòd ſic ſecundùm Iaſ. num. 37. hîc. & Coraſ. nu. 82. in. l. filium quem. C. famil. herciſcun. & Gomez Arias num. 9. in. l. 4. Tauri. Contrarium tenet Bart. hîc, quem ſequuntur Iaſ. & Coraſ. vbi ſuprà. Quidam tenent opin. Iaſo. non per eius fund. quæ fragilia ſunt, ſed primò, quia iure. ff. nõ erat neceſſe ad validitatem teſtamenti filij, quòd patri iure inſtitutionis relinqueretur legitima, ſed ſufficiebat quoquo titulo, quia in patrono id expeditum erat. l. ſiue. §. excludi tur. ff. de iure patr. ergo & in patre. l. 1. in princip. ff. ſi quis à par. fuer. man. de quo per Iaſ. num. 241. ff. de legat. 3. in. l. re coniuncti. & eſt expreſſum in. l. ſi patronum ex debita. §. ſi ex bonis. de bon. liber. ff. Id quod nõ ſolùm mutatum non eſt per. §. aliud quoq; in auth. vt cùm de app. cog. ſed potiùs eſt approbatũ & cõfirmatũ in §. ſancimus. in verbo, præterire. & in. §. & hæc quidẽ. in verb. præteritionis. eiuſd. authẽ. Et tenendo hanc partem, ad. §. hæc autẽ diſponimus. verſ. ſola enim eſt. &c. in quo iacet fundament. communis op. reſpon. meliùs quàm Iaſ. non eſſe veriſimile, quòd ſub illa inuolutione verborũ voluerit ſe corrigere Iuſtinianus in contenenti. l. non ad ea. ff. de conditio. & demonſt. maximè cùm dicta verba poſsint verificari ſatis ſano modo abſq; vlla præcedentium correctione, nam iniuria exheredationis aufertur filijs, ex quo diſpoſitum fuit non poſſe eos exhæredari, niſi ex iuſtiſsimis cauſis ibi expreſsis: aufertur etiam iniuria præteritionis, ex quo certis in rebus ſunt inſtituti. Item iniuria tam præteritionis quàm exhæredationis aufertur parẽtibus, ex quo præteriri, aut exheredari nõ poſſunt niſi ex iuſtiſsimis cauſis ibi expreſſis. Tamen tene commu nem, quia licèt in liberis & parentibus ingratis non ſit neceſſarius titulus inſtitutionis quando cauſa ingratit. expreſſa & probata eſt, quia cùm nil eis relinquendum ſit, neceſſariò fruſtra de titulo relinquendi quereretur: tamẽ in eis, qui reuera bene meriti ſunt, nõ ſufficit alius titulus prẽter inſtitutionis. dict. §. aliud quoque. qui licèt in liberis tãtùm loquatur, ſatis ad parentes etiam extenditur per. d. verſ. hæc autem diſpoſuimus. iuncto verſic. cẽterùm. & verb. ſola enim. tam in deciſione, quàm in ratione decidẽdi. In deciſione, quia clauſula in medio poſita refertur ad prẽcedentia & ſequentia. l. 3. §. filius. ff. de liberis & poſthum. ſed verſi. cæterũ. qui eſt medius, ait indefinitè ſi qui hæredes. &c. & in præcedenti & ſequenti verſi. loquitur tam de liberis, quàm de parentibus. ergo verſic. medius debet ad vtrunq; referri. In ratione patet, quia exprimitur intentio legiſlatoris eſſe iniuriã præteritionis auferre tam liberis quàm parentibus, innuit autem tali iniuria affectum videri, qui inſtitutus non fuerit, ſaltem in re certa.

Adde, quòd hanc opinio. affirmatiuã, vt parentibus legitima titulo inſtitutionis relinquenda ſit non ſecùs quàm liberis, ſequitur, & dicit cõmuniter receptã Salicetus hîc. colum. 2. in fin. & Paulus in authent. ex cauſa. num. 11. C. de libe. præt. & Xuarez in dict. l. quoniã in prioribus.

C. de

C.de inof.teſtam.fol.45.col.3.Licèt Bart. & Iaſ. vt dixi tenuerint hîc contra communem,& etiam Coraſius nouiſsimè in loco ſuprà citato.motus potiſsimè, quia (inquit)in liberis negari nõ poteſt,quin in multitudine liberorum legitimæ ampliatio fundata ſit. quæ ratio (inquit) in parentibus ceſſat, qui multi eſſe nõ poſſunt.& qua ratione(inquit)in quantitate nil eſt immutatum, ead. ratione nec in titulo & modo relinquendi.

Sed teneo cõtrarium eius, quod vult Coraſ.Nec obſt.q̃ipſe ait ampliationem fundari in multitudine liberorum, quæ eſſe in parentibus nõ eſt poſsibile. Nam reſp. verum eſſe, q̃ ſecunda ampl. legitimæ fundatur in tali multitudine,ſed prima. ſ. quando datur triens, nõ fundatur niſi in breui legitimę taxatione.inq̃; pietate, quam filij erga parentes habere debent, & contrà, vt ſuprà proximè dixi. Eſtq̃; noua opinio, vt legitima parẽtum ſit aucta non ſecùs quàm legitima liberorum.Intelligendum tamen quo ad primam ampliationẽ legitimæ, ſcilicet quò ad trientem, qui etiam vnico filio legitimæ loco debetur, non autem quo ad ſecundam legitimæ ampliationem,id eſt, quo ad ſemiſſem,quæ cùm liberis nõ debeatur niſi cùm quinque eſſent,vel plures, non quoq; parentibus deberi poterit,niſi fortè ex forma ſtatuti, vel conſuetudinis, vel aliàs quinque parentum vel plures ad cuiuſdam ex liberis ſucceſsionem concurrerent. Stat ergo vera & cõmunis opin.quòd legitima parentum ſit hodie relinquenda titulo inſtitutionis non ſecùs,quàm legitima liberorũ. Quã opin. etiam tenuerunt Xuarez in.l.quoniam in prioribus. ampliatio. 16.fol.44. infrà eod. Iacob. de Bellouiſo in.§. aliud quoq; capit.ſuprà allegat.Bal.in.l.omnimodo.§.1.infrà eod. Bart.in dict.authen. vt cùm de appellatio.cogn.§. ſiue igitur. Angel. in.l. nam & ſi parentibus.ff. eod. titulo.Bald.in authent. ex cauſa.C. de liber.præt.idem Bald.in.l.1.C.de bon.poſ. contra tabul.liberti.Salice. hîc colum.2. qui firmat hanc eſſe communem opin. idem Fulg.& Paul. & Iaſ. hîc. nu.37. qui ait hanc eſſe communem opinio.idem etiam tenet Florianus hîc.& Salicetus in l.omnimodo. infrà eo. Imol.& Anchar. in capit.Rainutius.de teſtamen. Imol.in l.1.§.ſi ex fundo.ff.de hære.inſtituen.Angel.de Areti.in.§.fin.Inſtit. hoc titulo.& Barba.in dict. capit. Rainutius. hanc tenet & dicit cõmunem Durandus in ſuo tract.titul.3. capit.1.Nec ad rem pertinet quod dicebamus de augmẽto legitimæ, quia aliud eſt quærere quanta ſit parentũ legitima, aliud verò quo titulo ſit relinquenda.

283 Et ſimiliter,quòd legitima parentum ſit hodie aucta non ſecùs, quàm legitima liberorum, vltra gloſſ.noſtram hoc etiam tenuit gloſ.in.l. omnium. ff.de vſufruct.gloſ.in.l.quoniam in prioribus. infrà hoc titulo. Quas gl. ſequuntur hîc Petrus de Bellaper. Odofredus, & Ioannes Faber, & Cinus, & Albericus, & Iacobus Butrigarius. & cum gloſ. noſtra ſimpliciter trãſit Iacob.de Arena.ſequũtur Bart.Bald.Salicetus,Paul.Fulgo.& Iaſo.num.35.qui firmat hanc eſſe communem opin.& Aretinus ita hic ſimpliciter tranſit. tenuit etiam gloſ. in.§. hæc à nouis. in authẽt.de triente & ſemi.& glo.in §. cùm igitur. de non eligendo ſecundò nub.Bart.in dict.l. nam & ſi parentibus. Bald.& Angel.in.l. ſi à milite.§. fin.ff.de milit.teſtamento.Bart.& Angel.in.§.1.in authent.de hære. & fal. quos refert Iaſo. vbi ſuprà.& Paulus in dict. auth.ex cauſa.C.de liber.præt.& eſt communis opi. ſecundùm Coraſ. vbi ſuprà.quæ opinio præcipuè nititur in dict. authen.vt cùm de appellatione cognoſcitur.§.ſola enim eſt. vbi Iuſtinianus ita ait. Sola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio iniuriam exhæredationis & præteritionis à parentibus & liberis amouere.Sicque parẽtibus non

Legitimæ parentũ eſt hodie triẽs pro cõmuni contra Ang. Cora. & alios.

nõ aliter atque liberis ſuccurſum voluit. Bene facit in ſimili.l.ſi quando.§. fin.ibi, quæ omnis ſanctio.infrà hoc titu.& tex. in authent.de triente & ſemiſ.§.1. in fine. Licèt contrarium & malè teneat Angel. hîc.& Coraſ. vbi ſuprà.

284 *Legitima liberorũ & parentũ an æquiparentur, & an in uita poſſit exigi.*

Infertur ex his quæ dixim⁹,q̃ iſtę duę legitimæ æquiparãtur, videlicet legitima, quæ debetur filijs in bonis parentũ, & legitima quæ debetur parẽtibus in bonis filiorũ, & vniformiter debeantur, & q̃ dicim⁹ de vna,debeamus dicere de altera.vt in.l.nã & ſi parentibus. ff.de inofficioſo teſtament.& ibi per ſcribentes.& in.§.non autem.Inſtitut.de inofficioſ.teſtamento. Quòd ſi filius poſſet petere legitimam in bonis patris, quia fuit ingreſſus religionem, & profeſſus,non ſpectata eius morte naturali, quòd ita eodem modo pater poſsit petere legitimam in bonis filij viuentis ingreſsi religionem ſtatim profeſsione ab eo facta. Quòd autem filius poſsit petere legitimam in bonis patris ſtatim quòd fuit ingreſſus religionem, & profeſſus,morte naturali nõ ſpectata (licèt in hoc magna ſit opinionum varietas inter doctores) attamen iſtam concluſionem probat text. valde ſingular.& ſatis vulgatus in capitu.cùm ſimus. de regulari. & ibi dominus Abb. hoc tenet expreſsè per illum textum. & idem Abb. in capitulo. tranſmiſſæ. poſt gloſſ.in verbo,quæſtio mota.ibi, quia erant facti monachi.qui filij ſint le.per illam gloſſam.& idem in capitulo.Rainutius.de teſtament.in fin.& idem in capit. in prẽſentia.29. colũm.de probatio.poſt Dominum Anto.de Butrio.Idem etiã tenet Bald.in authent.ſi qua mulier.in fin. C. de ſacroſanct. eccleſi. vbi dicit, quòd præfata concluſio expreſsè probatur in dict.capit.cùm ſimus.de regula. qui tex. non eſt alibi ſecundùm eum.& quòd filius poterit intentare condictionem ex canone, quòd iſta legitima ſibi ſoluatur ſtatim facta profeſsiõe per patrem,iſtud idem videtur velle Bal. allegando illum text. in. l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.Idem etiam tenet Petrus de Anchara. in dict. capit.cùm ſimus.& idem in dict.capit.de delict.puero.Idem etiam Bald.in repeti. capit.ſi pater.de teſtament.libr.6.in vltim. colum. & idem in authent.ingreſsi.C.de ſacroſanctis eccleſi. de quo etiam traditur per Petrum de Anchar. in repetitione cap.in prẽſentia.25.colum. de probatio. & per Barbat. in capit. Rainutius. de teſtament. & per Alexand.de Imol.& modernos latè in.l. ſi cùm dotem. ff. ſoluto matrimonio. Sed contra præfatam concluſionem, imò quòd filius non poſsit ſtatim petere legitimam profeſsione facta per patrem, imò quòd debeat ſpectari mors naturalis patris, tenuerunt doctores non modicæ authoritatis, videlicet Bart.in authẽt. ſi qua mulier.circa finem.C.de ſacroſan. eccleſ.idem etiam vult Salicet.in dict.authent.ſi qua mulier. in fin.11. quæſtione. Faciunt etiam pro iſta parte notata per Bart.in.l.1.ff.de teſtament. & per eũdem in tracta.minoricarum.in.3. libr.de quo etiam per Bar.aliosque latè in dict.l.ſi cũ dotem.ff.ſolut.matrimon. Et vide Coraſium in.l.filium quem.num.81.C.famil. herciſcun.& Iaſ. hîc. colum.2.& colum. 3.num.8.& in dict.authen.ſi qua mulier. Imol.Roman.& Alexan.in.l.ſi cùm dotem.in princip.ff.ſolu.matrimonio.

285 *Legitimam in uita aſsignare pater nõ tenetur. cum cõmuni. nec etiã pro ſoluenda filij condemnatiõe. cum cõmuni.*

Regulariter autẽ pater filio non tenetur legitimam in vita aſsignare,nec ecõtrà.Iſta eſt communis opinio ſecundùm Coraſium vbi ſuprà. num.81.& ſecundũ Iaſ.hîc num. ſeptimo.text.eſt in.l.1.§.1. ff. de collatio.bonorum. Bart.in authent.ſi qua mulier. C. de ſacroſanctis eccleſijs. Bald.in.l.quanquàm.C. ad legem falcid. Bald.Angel.& communiter doctores in l.lex Cornelia. per text.ibi. ff. de vulgar. Albericus in lege. ſi lenones.C. de epiſc. aud.tradunt cõmuniter doct.in capit.in præſentia.extra.de prob. vt per Abb.ibi.

Quod adeò verum eſt, vt nec etiã pro exoluẽda condẽnatione filij teneatur pater legitimam ei in vita aſsignare ſecundùm Bar.in.d.§.ſi impuberi. Imola & alij in.l.ſi filiof.2.ff.ſol. matrimonio. Iaſ.hîc. num.7.canoniſtæ cõmuniter in capit.in præſentia.de probat. Coraſ. in.d.l.filium quem.num.81.famil.herciſcund.

Fallit duobus concurrentibus: q̃ & filius egenus eſſet: & capitis damnatus eſſet, nam tunc pater etiam in vita compelleretur aſsignare legitimam ſecundũ Coraſ.vbi ſuprà.& Benedi.in dict.c.Rainutius.§.in eod. teſta.1. n.215. Id quod apud me expeditum non eſt. Et facit text.in.l. ſi captiui.de epiſc.& cleri.C. Sed in cõtrarium fortiter facit.l.ſed nõ vſq;.ff. ſi quis à paren. fuer. & quia etiam ſtãte ſtatuto, quòd pater in vita teneatur ſoluere condẽnationem filij vſq; ad legitimam, vehementer controuerſum eſt, an tale ſtatutum valeat. Et q̃ non valeat, tenent Cinus,& Bal. in.2. lect. in.l. ſi qua pœna.ff. de his qui ſunt ſui.allegat Specu.idem tenentem in titu. de executione ſententię. §.ſequitur.verſic. quid ſi filius.facit text. ſecundùm Bald. ibi in.l.ſi filius.C.de bo. proſcrip.& per totum.C.ne filius pro patre. Et Bald.in dict.l.ſi filius. per illũ text.

286 ait ea ſtatutã eſſe iniquiſsima. Licèt talia ſtatuta valere ſit cõmuniter receptum. vt firmat Iaſ.hîc.nu.8.gloſ. communiter appr.in rubr.de decret.decur. lib.10.tex. melior de iure ſecũdùm Iaſ. vbi ſuprà. in in cap.2.de delict. puerorũ. vbi Anchar. & alij.Bal.in.l.1.C.ne filius pro patre.Bal. Imola.& Alexã.qui hanc dicit communem opin.in.l. lex Cornelia.ff.de vulga.

Legitima, ut pro filij condemnatione ſoluẽda aſsignetur à patre filio, poteſt ſtatuto induci.cũ cõmuni.

287 Augmentum quartæ, quæ liberis, parentibus, vel tranſuerſalibus pro ſua legitima debetur, ſecundùm communes & veras ſententias nõ habet locum in quarta Trebellianica, nec in quarta falcidia. Ita tenet gloſ.noſtra, quæ approbatur cõmuniter, & eam ſequuntur Odofredus, & tranſit ſimpliciter Iacobus de Arena. & Ioannes Faber, & Iacobus Butrigar. & Bart.Bald.Angel. Salicet.Fulgoſ.Paulus,& Iaſ.hîc.num.43. Quæ concluſio cõmunis vera eſt, quia hoc augmentũ non pollicemur niſi ijs duntaxat, qui ad querelam inofficioſi teſtament. inuitari poſſunt. vt in authent. de triente & ſemi.§.1. collatione.3.

Legitimæ augmẽtum nõ extendi tur ad Trebell. uel Falcid. cum cõmuni.

288 Deniq; legitima ſic aucta omni onere carere debet, ita q̃ relinquatur tam in q̃prietate, q̃ in vſufructu, nam in ſola proprietate dempto vſufructu relinqui non põt: q̃ ſi de facto in ſola proprietate etiã omnium bonorũ dempto vſufructu relinquatur, licèt id quod ſupra legitimã additum eſt in proprietate nõ minùs valeat, vel etiam plùs valeat, q̃ portio vſusfruct⁹, quæ adẽpta eſt, adhuc illud, quod in proprietate additum eſt, non cõpenſatur cum eo, quod de vſufructu detractũ eſt, ſed filius habebit integram omnium bonorum proprietatẽ, & præterea vſum fructum vſq; ad legitimæ mẽſuram, ſeu quantitatẽ. Ita tenet gl. noſtra communiter appr. quam ſequuntur hîc Odofred. Ioan.Fab.Petrus, Iacobus Butrigar.Bald. Angel.Salicet. Fulgo. Paul. & Iaſ.nu.43. qui ait hanc eſſe communem op.Azo in ſumma huius tituli. gl. in.l. omnium.ff. de vſufr.gl.in.l. quoniã in priorib⁹.infrà eod. vbi cõmuniter doct. præſertim per Bal.gl.Bar.&alij in.l.vxori meę.ff.de vſufru.leg. Xuarez qui hanc dicit cõmunẽ opinio.in.l.quoniã in prioribus.ampliatione.3. infrà eod. Pro hac vera & cõmuni opinione eſt text.in ſimili in.l.ſcimus. §.cùm autem. infrà eod. quem allegauit ad hoc glo.in dict.l.vxori meę. Eſt etiam text.in.l.quoniam in prioribus.infrà eodem.text.expreſsior hîc.ibi, cuius portionis nec vſufructu fraudari liberi à parentibus poſſunt.ad idem tex. in authen.de triente & ſemi.§. prohibemus. coll.3.ibi, huiuſmodi legitimæ partis, quã nunc deputauimus, & vſumfructum inſuper & proprietatem relinquat.

Legitima non poteſt relinqui in ſola ꝓprietate, uel ſolouſufruct. cum cõmuni contra Angel. & Cepolam.

Con-

Contra hanc concluſionem fortiter facit tex.in.d.l.vxori meę.ff.de vſufr.leg. vbi filiam vniuerſalẽ hæredẽ feci,& vxori vſumfructũ omnium bonorũ legaui, & conſultus ait omniũ bonorum vſumfructum ad vxorẽ pertinere quouſq; filia ad annos.18.ex iuſſu teſtatoris peruenirẽt.Cõis ſolutio eſt,q̃.l.illa procedit in ſpecto iure.ff. quo attẽto,fiebat cõpenſatio eius,quod in ꝓprietate vltra legitimã teſtator filiæ relinquit cũ eo, qđ ſibi in vſufructu adẽptũ fuit. ita adnotãt omnes gloſſę & doct.ſuprà citati.Hodie autẽ talis cõpenſatio non fit, ſed habet filia integram proprietatẽ & vſumfructũ in portione legitima, & præterea reliquorum bonorũ proprietatẽ.quod & tenuit glo. in.d.§.prohibemus.& Ioã.An.in add. ad Specul.in tit.de pig.§.2. in verb.durat.ſic q̃; omnes gloſſæ & doctores.d.l.vxori.eſſe correctam. Et ſic tenenda eſt cõmunis opin.vt dicta compenſatio fieri non debeat.licèt contrarium tenuerit Angel.in dict.§.prohibemus. & Cepola caut.37.

289 *Cùm filius inſtituitur in proprietate tãtùm, uel uſufructu tantùm ut fieri debeat ſupplętio noua opinio.& q̃ tunc ualeat teſtam.contra Xuarez & Anchara. pro communi.*

Sed cõſidera,q̃ teſtator non poſsit nocere filio inuito in ſua legitima per modum ſupradictũ, veriſsimum eſt contra Cepolã.& Ang.Quòd autẽ eo caſu, quo de facto pater filio nudam proprietatem omnium bonorũ reliquit,& filius patris voluntati aſſentiri noluit,ſed impugnandam putauit,tũc ſuppleatur ſibi vſusfructus vſq; ad menſuram legitimæ, & præterea habeat integram omniũ bonorum proprietatem, iſtud eſt contra omnia iura vetera, quæ dicũt, q̃ ex eo non poteſt quis lucrum cõſequi, q̃ nixus extitit impugnare.cap.ex eo.de reg.iur.in.6.l.pen. & fin.ff.hoc titu.de inof.teſt.Nec eſt ferẽdus,q̃ partem voluntatis teſtatoris velit agnoſcere, parte verò reſpuere.§. his ita. C.de cadu.tol.l.1.&.2.l.ſi ſolus.ff. de acq. hær.Præterea eſt contra expreſſam teſtãtis volũtatem,qui filium ſola bonorum proprietate contentum voluit.ergo.&c. vt in.l.in conditionibus primum locum ff. de conditio. & demon. Præterea eſſet euidens iniuria aliorum cohæredum huius filij,quibus vſusfructus vſq; ad menſuram legitimæ huius filij à teſtatore ſibi expreſsim datus auferretur. ergo.&c. vt.l.nec auus.C.de emancipationibus liberorum. Videndum ergo an iure nouo hæc ſuppletio toleretur, vel inducatur. Et quidem per dictum.§.prohibemus.de hac ſuppletione verbũ nullũ, cuius verba quo ad propoſitum attinet, ita habẽt ſe,Non licebit de cætero vlli omnino filios habẽti tale aliquid agere, ſed modis omnibus eis huius legitimæ partis quã nunc deputauimus, & vſumfructum in ſuper & proprietatem relinquat.

Quòd ſi aduerſus ea factũ fuerit,vtrũ teſtam. euaneſcat, an ſuperior ſuppletio fieri debeatvel quid iuris,nullum verbũ, nec enim lex vltrà proceſsit.Per.d.l.quoniã in prioribus, hæc ſuppletio ſimiliter nõ inducitur, quæ ſolùm loquitur eo caſu,quo olim teſtam. poterat aliquo modo ſubuerti.vt per ipſam patet.& per.l.omnimodo.ĩ. eo. & latè diximꝰ vtrobiq;. Sed hoc caſu teſta. olim nõ poterat ſubuerti.vt eſt expreſsũ in.d. l. vxori.& etiã in.d.§. prohibemus. ibi,habens quidẽ aliquã legalẽ occaſionem. & tenẽt omnes, quos ſuprà retulimus. ergo is caſus non pertinet ad dict.l.quoniam in prioribus. Nõ quoq; pertinet ad dict.l.ſcimus.§.cũ autem.infrà eodem. quia ille tex. cùm factus ſit ad interpretationem dic.l.omni modo.& dict.l.quoniam in prior.eſt neceſſariò intelligẽdus in terminis dictarũ legũ,& ſic in caſu, quo olim teſtamentũ poterat ſubuerti. vt in authẽt.de filijs ante dot.inſtrumenta natis.§.fin.Quo argument.vtuntur Alexand.Iaſ.& Decius,& omnes alij doctores in.l.ſi pater.C. de inſtitutio.& ſubſtitu.Xuarez in dict.l.quoniã.amplia.1.&.2.Quod expreſsiùs patet in.d.§.cùm autẽ.qa loquitur eo caſu,quo filius nec inſtitutus fuerat,nec exhæredatus,ſed præteritus,licèt iure fideicommiſ

ſi vniuer.tota hæreditas ſibi relicta eſſet, quod ad validandum teſtam. nõ ſufficie bat.vt eſt expreſſum in.l.ita tamen.§.qui rogatus.ff.ad Treb.tenent Alexã.nu.10. & alij in.l.quia poterat.eod.tit. Alex.Iaſ. & alij poſt Areti. Imol. & alios in.l.inter cætera.ff.de lib.& poſt. Iaſ.n.5.in.l.fin.C. de contra tab.dixi latiùs in dict.l.quoniã in priori. Item filius ibi fuit vocatus ſub cõditione caſuali,quia vocatus fuit poſt mortem hæredis ſcripti,ergo ſub conditione caſuali.l. hæres meus.ff.de condit. & demonſtr.l. quibus diebus.§. quidam Titio.eod.titul. ſicq; teſtamẽt.olim erat nullum.l.ſi pater.C.de inſtit.& ſubſtitu. l.ſuus quoq;.in princ.ff.de hære.inſtit.l. filius à patre.ff.de lib.& poſt.& vtrobiq; per omnes doctores. Vnde cùm ille tex. loquatur in caſu, quo olim teſtam.pote rat ſubuerti, nimirũ ſi fiat illa ſuppletio: nos autem loquimur eo caſu, quo teſtament. vllo iure nõ poterat infirmari,nec illa ſuppletio ad teſtament. validandum erat neceſſaria: ergo text.ille nõ pertinet ad caſum noſtrum,& præterea loquitur in terminis ſatis diuerſis &remotis.Et ſic reuera communis opin. quo ad hoc remanet ſine fundamento.

Sed cùm tex.in dict.§. prohibemus.di cat non licere, nec vltrà procedat de remedio prouidẽdo,& leges nouæ per poſteriores declarationẽ recipiãt.l.ſed & poſteriores.ff.de legib. l.1.§.lex falcid.vbi latè per Alex. poſt Bar.& alios.ff.ad legem falcid.per Xuarez in.l.quoniam in prio. in princ.l. regiæ ibi inſertæ infrà eod. ſupereſt teſtam.contra factum vel non valere,vel ſupplemẽtum legitimæ fieri per modum,quem communis opi.ſuprà relata vult, vel per alium modum. Et cùm ille modus meritònobis p ſuperiora fundament.diſplicuerit, & quòd eſt(vt probauimus) iniquitatis plenus,& euidẽter repugnat teſtatoris volũtati, & noceret vehementer iuri aliorum cohæredum, quòd ſaltem cùm alij cohęredes eſſent filij ipſius teſtatoris, tolerandum nõ eſſet. arg.l.cùm oportet.in princip.C.de bon. quæ lib. & ne inde iniuriarum naſcatur occaſio vnde iura naſcuntur.l. meminerint.C.vnde vi.ideo longè æquius nobis videtur eſſe in electione talis filij vel patris voluntati acquieſcere, compenſando quod ſibi in proprietate additum eſt vltra legitimam,cum eo,quod ſibi de vſufructu detractum eſt:vel ſi patris volũtati acquieſcere nolit, tũc vt vult vſumfructum habere vſque ad legitimæ menſuram,ita quoq; & proprietatem habeat vſque ad menſuram tãtùm legitimæ,vel ad ſummum vtrunq; habeat vſq; ad virilem tantùm.arg.l.3.cum ſua gl.& ibi notatis ſuprà eodem.

Sicq; teneo ſequentia.Primùm,quòd teſtamẽ. valeat, idq; cõmuniter tenetur. Secundò, quòd ipſe filius inuitus nõ habebit legitimam in ſola proprietate,id quod ſimiliter tenetur communiter cõtra Ang.& Cepolam. Tertiò,q; vſusfructus ſibi ſupplendus non eſt cũ retentione totius proprietatis ſibi relictæ,ſaltem quãdo eſſent alij filij dati ſibi cohęredes. idq; contra cõem.Deniq;pro cõi fortiter facit.d.l. ſcimus.§. cũ autẽ. nouiſsimè ſic inducendo.Nã ibi hæres fuit iuſſus poſt mortem totam hæreditatẽ filio reſtituere, qui filius licèt petat dilationem reijci vſque ad legitimã, eaq; legitima ſtatim ei fuerit reſtituta, adhuc tamen non prohibetur adueniente poſtea die reſtitutionis reliquum hæredititatis capere.ſic ergo.&c.

Quid econtrà ſi ſit inſtitutus filius in ſolo vſufructu omniũ bonorum, qui valebat nõ minus quàm proprietas& vſus fructus legitimæ,an teſtament.valeat,& filius teneatur acquieſcere patris voluntati?Et quòd filius patris volũtati acquieſcere non teneatur, tenent Iaſ.hîc. num. 45. Xuarez vbi ſuprà. Andræas Siculus in capitul.cùm conſtet.de pignorib. colum.ſecunda. Ancharanus conſilio.137. & cõſ.

& conſi.128.incipit.Si huic Franciſco.

Et pro hac communi opin. eſt text.ex preſſus in dict.§. prohibemus. ibi, partis quam nũc deputauimus vſumfructũ in ſuper & proprietatem relinquat.

Sed an tale teſtam.ſit nullũ,vel proprietas potiùs vſq; ad mẽſuram legitimæ ſupplenda ſit? Et Xuarez vbi ſuprà.poſt Anchar. vbi ſuprà allegatũ tenet teſtam.nõ valere,quia eſt filius hoc caſu præteritus (vt ipſi aiũt) in eo quod eſt prohibitũ, & ſic in eo qđ ipſe filius habere non pót, & cõſequẽter in nihilo inſtitutus videtur: ſcđm quod cũ ſimilis prohibitio ſit per d.§. phibemus. qñ in ſola proprietate eſſet filius inſtitutus, ſimiliter etiã in caſu ſuperiore dicẽdũ eſſet teſtam. nõ valere, quod ipſe Xuarez ſibi cõtrarius cũ communi op.negauit.Ergo dicendũ eſt contra Xuarez & Anchar.teſtam.valere,qñ filius in ſolo vſufructu inſtitutus fuit. vt tenuit Laſ.vbi ſuprà.licèt nullo fundamẽto nixus. Sed tenendũ eſt per noſtra fundam.ſuprà relata. & is filius vel acquieſcere đbebit patris volũtati,vel fiet legitimæ ſupplementũ ſecundũ ordinẽ dictũ in ſuperiore articulo. Licèt ſi verũ amamus vtroq; caſu dubitari poſsit,an teſtamẽ.ſit ipſo iure nullũ.per.d.§. phibemus. iuncta.l. non dubium.C. de legibus.Sed tamen per tex. nouum in authent. vt cũ de appellatio. cognoſci.§. cæterùm.iam hæc res expedita eſt,vt tale teſtament.valeat, non ſolùm in noſtris terminis, ſed etiam eo caſu, quo teſtator,qui filium in proprietate tãtùm,vel in vſufructu tantùm hæredẽ feciſſet, expreſsim iuſsiſſet, ꝙ is filius nihil amplius petere poſſet, nã nihilominus & teſtament. ab initio valeret, & ex poſt facto per querelã infirmari non poſſet, ſed ageretur ad ſupplemẽtum.

Vnde indubitanter tenendum eſt verum non eſſe,quod Xuarez & Anchara nus vbi ſuprà tenuerunt tale teſtament. quando filius inſtitutus eſſet in vſufructu tantùm,non valere. Et in eo tantùm quæſtio manebit, vtrùm ſupplemẽtum fieri debeat de proprietate bonorum patris vſq; ad legitimam cum retentione totius vſusfructus,qui in omnibus bonis filio relictus fuit, an verò vt additur proprietas vſque ad mẽſuram legitimæ, ita per cõtrarium minuatur vſusfructus vſque ad illam menſuram. Id quod tenendum eſt eo caſu,quo alij filij teſtatoris eſſent cohæredes huius filij, qui in vſufructu omnium bonorum inſtitutus fuit, cùm ipſi quoq; ſint in pari priuilegio,nec priuilegiatus contra pariter priuilegiatũ gaudeat priuilegio.l.ſed & milites.§.coæqualitas.ff.de excuſ.tutorum. Quòd ſi cũ extraneis eſſet inſtitutus, tũc cum retentione totius vſusfructus ſibi à patre dati haberet proprietatem vſq; ad mẽſuram legitimæ ex legis ſuppletione. argumento dict.l.ſcimus.§. cùm autem. infrà hoc titul. Eſtq; nouiſsima & neceſſaria limitatio huius communis opinio.

Ex ꝙbus apparet ſatis ridendã eſſe op. Roderici Xuarez vbi.ſ.qui poſt Ancha. vbi ſuprà tẽtauit, ꝙ hoc caſu filius habebit integrum vſumfructum,integramq; proprietatẽ, quaſi appellatione vſusfructus proprietas etiam cõtineretur,ne teſtam.vitiaretur,nec aduertit talem interpretationẽ neceſſariã nõ eſſe,cùm(vt dixi)teſtam.valeat,& prẽterea eſſet impoſſibile, quòd appellatione vſusfructus cõtineretur ea proprietas, in qua nominatim alij cohæredes fuerint inſtituti.

290 Subdit glo.idẽ eſſe in Trebellianica, & Falcid.& omni quarta, vt nec vſufructu tales quartę poſsint ꝙ teſtatorẽ fraudari. quod veriſsi. & ſequuntur Bald. & Salicet. hîc. Cæterùm ſi de facto ſolus vſusfructus omnium bonorum, vel ſola proprietas ꝙ Trebellianica, vel falcidia teſtator iuberet quòd per hæredem inſtitutum caperetur, qui non erat de liberis quibus legitima debetur, tũc dicendum eſſet valere hoc teſtantis præceptũ,ſi habita

Falcid. & Trebel. in uſufructuã tũ,uel proprietate tãtùm poſſunt relinqui.cũ communi.

bita compenſatione eius quod plùs erat in vſufructu cum eo quod minùs erat in proprietate, non videretur fraudatus hæres in ſua quarta: & idem econtrà quando in proprietate tantùm iuſsit quartam deduci, argument. §. ſi quis vna. cum cõc. Inſtit. de fidei. hær. l. 1. §. ſi hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. & dict. l. vxori meę. ff. de vſufruct. leg. Et eſt neceſſaria limitatio ad gloſ. noſtram. quam omnes hîc ſequuntur. Et confirmatur per cõem opi. de qua ſuprà, quæ habet, ꝙ augmentum legitimæ, & aliæ nouæ leges hac in re loquentes, qualis eſt. l. quoniam. & l. omni modo. & l. ſcimus. §. cùm autem. infrà eodem. non procedunt in Trebel. vel falci. in quibus quartis vetera iura ſeruantur. Sed inſpecto iure. ff. hæc compenſatio in legitima admittebatur, & conſequenter longè faciliùs in Trebel. vel falcid. vt in l. vxori. ſuprà allega. ergo ſimiliter etiam inſpecto iure nouo, quo vtimur, idẽ erit: præſertim cùm hodie falcidia poſsit per teſtatorem vetari. auth. ſed cũ teſtator. C. ad leg. fal. Idemq; in Trebellia. ſecundũ magis cõmunem & verã opi. de qua per Corn. & alios ibi. quod alibi ex profeſſo diſſerimus.

291 *Legitima bonis poſt mortem patrisfam. auctis an augeatur, licèt eam integram recepiſſet filius inter uiuos. pro cõmuni quòd ſic cõtra alteram communem.*

Quæro, ſi filius recepit integram legitimam inter viuos, & poſtea augẽtur patris facultates, an petat ſupplementum? Et ſunt tres caſus ab omnib⁹ recepti. Primus, ꝙ pater in vita poſsit aſsignare legitimam. Secundus, ꝙ ſi filius legitimã recepit non integram, etiam reſpectu bonorum quæ erãt tempore aſsignationis, ꝙ tũc ſine dubio poteſt agere ad ſupplementum bonorum, quæ reperiuntur tẽpore mortis. Tertius, quòd ſi iurauit nõ agere ad ſupplem. nunquàm agere poterit, quantuncunq; augeantur facultates patris. Quartus caſus eſt dubius, quando recepit integram legitimã inſpecto tempore aſsignationis, & non iurauit non agere ad ſupplem. & aucta ſunt bona. Qđ dic. vt per Xuarez in. l. quoniã. C. de inofficioſ. teſt. fol. 67. col. 2. cum pl. ſeq. Adde Berengar. fol. 23. in pr. in. l. in quartam. ad l. fal. & fol. ſeq. Et communis opin. eſt ſecundùm Xuarez vbi ſuprà, quòd nõ poſsit agere ad ſupplemẽtũ, ſi modò integrã legitimam inter viuos recepit, inſpecto tempore aſsignationis. Quam op. etiam tenuit Bald. in. l. quanuis. C. de fideicom. Paul. in. l. in ratione. ff. ad leg. fal. & ibi Alexan. Butrig. in. l. pactum. C. de coll. Bal. in. l. fin. §. & cùm antiquitas. col. pe. C. de vſur. Bal. in. l. in ſucceſsióe. C. quę in frau. cred. ſentit Bald. in. l. 2. C. de adopt. Ange. in. l. ſi ponas. §. ſi hæreditatem. ff. de inof. teſtam. Ang. in. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. ob. & ibi Imol. & Rom. & Alex. in. l. pactum. in fi. ſuprà alle. Bal. in authẽ. res quæ. C. com. de leg. & eſt cõmunis opin. ſecundùm Curt. ſeniorem cõſ. vlti.

Contrariam partem, ſcilicet affirmatiuam, vt filius poſsit petere ſupplementũ legitimæ, ſi patris augeantur facultates poſtquàm integram legitimam filius inter viuos accepit (integram intelligo, habita ratione temporis, quo inter viuos accepit, quæ tamẽ minus integra reperitur inſpecto tẽpore mortis) tenet, & dicit cõmuniter teneri Iaſ. in. l. ſi qñ. in. §. illud. in frà eod. & in. l. cũ quæritur. ſuprà eod. vbi etiã firmat cõmunẽ op. eſſe contrariã idẽ Iaſ. hîc. nu. 9. vbi ſimiliter hanc op. affirmatiuã firmat eſſe cõmunem, quam etiã tenet Bal. ſibi contrarius in dict. l. pactũ. idem Bald. in capit. cum. m. Ferrarienſis. extra. de conſt. Paul. in dict. §. illud. Paul. & Alexan. in. l. in ratione. 2. ff. ad leg. falcidiam. Ripa in dict. cap. cùm. m. nu. 36. Iaſ. in. l. quod ſeruus. ff. de cond. cau. data. ſecundùm quem iſta eſt cõis opin. Sequitur Couar. in. c. Rainutius. extra. de teſtament. allegans idem tenere Rodericum Xuarez vbi ſuprà. qui reuera cõtrarium tenuit. & hanc communem opinionem tenet Ioann. Lupi. §. vigeſimotertio. in cap. per veſtras. de donatio. inter virũ & vxorẽ. Thomas Gram. deciſio. 37. nu. 3.

Couar.

Couarru. in .c.quanuis pactum .de pact. in.6.in.3.par.§.1.Guili.Benedict.in.c.Rainutius.de teſtamen. in verb.in eodem teſtamento relinquẽs.1.num.220. Et ita tene per hunc tex.& per.§.quantitas.Inſtit. de lege falci.cum ſimilibus alibi per me congeſtis.

292 *Legis quanta ſit poteſtas.*

Denique legitima an lege tolli poſsit, ſummè controuerſum hîc eſt. Sed tu ad de legis latiſsimam eſſe poteſtatem,itavt licèt vni,aut alteri,aut etiam plerisque videatur duriſsima, legis vim habere non deſinat.l.proſpexit. ff.qui & à quib. cap. erit autem lex.4. diſtinct.ad fi.vbi ait iu-

293 *Legitima an lege tolli poſsit, q. ſiccũcõi cõtra alterã cõem.*

ſtam eſſe legem curæ eſſe deberi legiſlatori tempore quo fertur,nam poſt eã latam non de ipſa iudicare, ſeu diſputare, ſed ſecundùm ipſam iudicare oportere, etiam (vt innuit)ſi plerisq; iniuſta,duráue videatur.Quæ doctrina pluribus probatur exemplis.Ecce.l.in ſuis. de liber.& poſthum. ff. filios in poteſtate patribus dabat facultatem occidendi,id quod duriſsimum erat., Quem ergo poterant necare,multò faciliùs exhæredare, alimentaq; denegare,idque ibidem exprimitur. Nec eo tempore (vt arbitror)exhæredatis dabatur vllus recurſus contra parentum teſtamen.nam poſtea longo tempore Centumuiri inuenerunt querelam.argumen.l.maximum vitium .C. de liber. præt.l.1.C.de pet.hær.Hæ autẽleges ideo vim habebãt, quòd ad aliquem honeſtũ finem dirigebãtur. ſ.quò magis filij parẽtibus obſequium præſtarent. argument. ff.per totum de obſ.præſt.l.ſiquando.§.1. C.de inofficio.teſtamẽ.Nec ad rem pertinet, quòd poſsibile foret, quòd pater filium occideret abſq; vlla iuſta cauſa,vel exhæredaret.arg.l.4.ff.de inof.teſt.Nam reſpon. id eſſe poſsibile, non veriſimile. arg.l.liberi.& ibi glo.C.de inoffi.teſtam. iuncta.l.iſti quidem.ff. quod metus cau. Idem dic in poteſtate,quę dominis in ſeruos data erat.argu.§.fi. Inſtit.qui ſunt ſui vel ali.Et vt lex potuit inducere filiũ præſumi ingratum. vt dict.l.liberi. niſi probaret oppoſitum:ita poſſet huic præſumptioni tantam dare firmitatem,vt nec ad probandum oppoſitum facultatem filijs daret:quia iſta non in ſpecie,ſed tanquã plùs & minùs differre videntur: ergo &c.vt.l.fi.ff.de fund.inſtr. Ergo ſi parentibus daret lex facultatem, vt liberis nil relinquerent,non dubito, quin valeret,quia honeſtum finem habuiſſe videretur:nec aliter hac facultate parẽtes vſuros credendum eſſet,quàm ſi filij demeriti forent. Vt enim probatis demeritis iuſtiſsimè id conceditur: ita & non probatis,ſed ex prædicta iuſta cauſa præſumptis,cũ præſumptio legis ſit liquidiſsima probatio.l.licet. vbi omnes.ff. de lega.1. Deniq; & ſi iuberet lex,ne liceret parentibus filijs quicquam relinquere, poſſet valere,ſi aliquem honeſtum finem prætenderet,ſecùs ſi nullum.Exemplũ apud Lacedæmonios,quibus morientibus oĩa bona ſua fiſco, ſeu reipublicæ deferebãtur, quæ poſteà inter omnes ciues pariter diuidebantur.argu.authẽ.res quæ. C. com.delega.Sed ſi iuberet,vt pater bona ſua filijs relinquere nõn poſſet,ſed alteri cuicũq;poſſet,id apertè irrationabile, carensq; foret omni honeſto fine,ideóque non valeret.quod tamẽ dic vt infrà. Itaque aut legem habuiſſe aliquem honeſtum finem quanuis rigidum, poſsibile eſt, aut impoſsibile . Primo caſu habet vim legis.Secundo caſu non habet.

Quinimò etiam, quia lex inuidioſa videatur, nõ deſinit habere vim legis.l.vnica.in princ.in verb.inuidioſum.C.de cadu.tollend.

Deniq; vtcũq; captioſa eſſe videatur, non deſinit habere vim legis.dict.l.vnic. §.& cùm lex. ibi, ſuis machinationibus. C.de cadu.tollend.

In ſumma vtcunq; dura ſit, vim legis habere non deſinit.l.proſpexit.ff. qui & à quibus.

Prætereà vtcunq; inhumana, riguroſa

ſa,immanisq; eſſe videatur, legis vim habere non definit. d.l.in ſuis.ff. de liber.& poſthum. &.§.1.Inſtit. de his qui ſunt ſui vel ali.

Quarum rerũ accipe plures rationes. Prima,quia cùm leges cõſtitutæ fuerint, non licebit iudicare de ipſis, ſed oportebit iudicare ſecundùm ipſas.cap.erit autẽ lex.4.diſtinct.Secũda ratio eſt, quia nullius ſenſus eſt,qui ſenſum & intellectum vincat principis legem condẽtis.l.fin.C. de legi.Tertia ratio, qa vt lex iuſta,ęqua, ſancta,& bona videatur, habeatq; vim legis, ſatis eſt, quòd legiſlatori iuſta viſa fuerit,quòdq; potuerit habere aliquẽ honeſtum finem.l.1.§.initium.ibi,quia moderatam hanc ętatem prætor ratus eſt.ff. de poſtul. vbi gloſ. hanc rationem dicit mirabilẽ.Quarta ratio,quia non omniũ, quę à maioribus cõſtituta ſunt,ratio reddi poteſt,vel oportet. vt in.l.non omniũ. ff.de legibus.Vltima ratio,quia vt reſpublica diutiùs conſiſtere ſine legibus non poſſet,ita etiam nec cum ipſis,ſi de earũ ratione paſsim temereq; liceret diſputare.argumẽ.in proœmio Inſtitutionum. ibi,legibus armatam.

294 *Cleonis grauis ſententia.* Poſtremò, quia vt habetur in illa illuſtri ac memorabili oratiõe Cleonis per Thucidydem relati,Lõgè meliùs agitur cum republica,quæ malis moribus,& legibus conſtanter vtitur,quàm cũ ea,quæ bonis, ſed inconſtanter.nec ſi de legum ratiõe diſputare liceret,vlla lex firma ſtabilis,diuturnaq; eſſe poſſet. Vnde ſcitiſsimè Bal.in.l.lege. C.de legit .hæred. ait,ꝙ vt lex habeat vim legis,ſatis eſt,quòd habeat aliquod motiuũ, vel etiam occaſionem,licèt contineat duritiem,& iniquitatem.Idem Bald.in cap. ex reſcripto.extra. de iurei.vbi ſubdit legem,quæ habet aliquod motiuum, non videri ſine ratione. Idem fermè ait Innocenti. in cap. irrefragabili.extra.de offic.ordin. Bald.in.l.non omnium.ff.de legib.Bal.in.l.de quib.col. 10.ff.de legib.vbi ſubdit valere conſuetudinem contra omnem rationem,modò non ſit contra ius diuinum.Bald.conſil. 166.Statuto cauetur.lib.1.& conſ.473.Circa quæſtionem.colum.2. lib.5.Bald.in.c. 1.circa princ.de feud. cog.Bal.in rubri.extra.de conſtit.col.2.& in.l.1.colum. 4. C. ſi plures vna ſentẽtia.Ioan.Fab.in.§.ex nõ ſcripto.Inſti.de iure nat. Calderinus conſil.3.poſt prin.Bal.in.l.Gallus.§.ſi eius.ff. de liber.& poſthum.Iaſ.conſi.188.Spectabilis.ad fin.lib.2.Decius conſil.563.Duo dubia.vltima colum.Tiraquellus in tracta.de vtroq; retra. in præfatione .num. 75.qui ſuperiora ferè omnia allegat.Nam & pactum de hæreditate viuentis non valet,quia eſſe videtur contra omnẽ bonam rationem bonosque mores.l.ſtipulatio hoc modo.vbi per omnes docto.ff. de verb.oblig.l.fin. vbi per omnes. C.de pact.l.quidam in iure.§. fin.cum.l.ſequẽ. ff.de donat.l.2.ff.quib.vt indig.& tamen ex vi legis permitteretur,nec lex id permittens,legis vim habere deſineret.text. eſt in princ.Inſtitu. de teſtam.verſi.acceſſit.vbi notat Viglius.text.in.l.44. Tauri. & valet etiam conſuetudo tale pactũ admittens. vt cap.1. de filijs natis ex matrimonio ad Morgana.cõtract.tradunt cõmuniter doct.tam in dict.l.fina. C.de pactis.quàm in.l.pactũ dotali .C. de colla. dixi latè in.l. ſi quando.§. illud.infrà eod.

295 Et dict.l. Tauri licèt quibuſdam dura vi ſa ſit,dũ aufert liberam vltimæ voluntatis mutandæ facultatẽ, vnde vita huius, cuius de hæreditate agitur, periclitatur, ſi ei inſidiabatur is,qui poſt eius mortem ad illum maioratũ inuitatus erat.tamen dura non eſt,cùm imputandũ ſit ei, qui maioratum hac lege conſtituit, & præterea poſsit illũ in vita tradere. vt in.l. poſt mortem.C.de fideicom.ſicq; ab illo metu & periculo liberabitur, ſi tam formidoloſus erat. *Declara.l. 44.Tauri*

Ex quibus infertur deciſio, & determinatio illius memorabilis articuli, an valeret lex, quæ in totum tolleret legitimam

mam filiorum,dando facultatem paren tibus,vt ſi liberis nihil pro legitima relin quere vellent,id eis liceret, remouendo-que neceſsitatem legitimam relinquen di. Quæ res licèt vehementer controuer ſa ſit,tamen ex ſuperioribus redditur in-dubitabilis. Nam ſi verum eſt valere le-gem,ſiue illa dura ſit, ſiue irrationabilis quodammodo videatur,ſiue captioſa, ſi ue impia,ſiue inuidioſa, ſiue & inhuma-na,eo quòd de legibus antequàm edan-tur diſputare liceat,poſtea verò minimè, vel ex eo quòd ſufficiat legẽ latam legiſ-latori iuſtã videri, cuius ſenſum nullius ſenſus vincere poſſet,certè non dubium erit talem legẽ valere, licèt duritiem,im-pietatem,inhumanitatemque continere videretur : præſertim cùm iſtorum nihil contineat, cùm non auferat parentibus libertatem legitimam liberis relinquen-di, ſed neceſsitatem tantùm, & coactio-nem relinquendi tollat : cuius neceſsita-tis,& compulſionis adẽptio tantùm ab-eſt vt iuri naturali (quod plures falsò o-pinãtur)aduerſari videatur,quòd potiùs reducit nos ad naturalem libertatem , & laxitatem liberrimè de rebus noſtris di-ſponendi.Quinimò quòd poſsimus poſt mortem noſtram legitimam liberis no-ſtris relinquere, id diſpenſatiuè, & cõtra omnia iuris naturalis principia datum eſt per leges poſitiuas .Nam vt & patet ad ſenſum,& ꝓbat tex.in auth.de nupti. §.deinceps, mors oĩa ſoluit, nec permit-tit,vt qui iã defuncti ſunt, res humanas gubernẽt.Vnde Properti⁹ lib.3.Eleg.ait,

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas.

Nec refert quid fiat tempore prohibi to,an verò tempore permiſſo,ſitamen cõ feratur in tẽpus prohibitũ.l.1. & .l. quod ſponſæ. C.de donat.ante nupti. Vnde vt mortuus poſt mortem veram & natura lem non poteſt de rebus ſuis diſponere: ita nec viuus, ſi diſpoſitionem cõferat in tempus, quo iam mortuus fuerit, inſpe-ctis principijs iuris naturalis,licèt id lege poſitiua permiſſum fuerit. vt in.l.1.ff.de teſtamen.Itaque quòd parentes ſi nolint non compellantur legitimam liberis re-linquere tam longè abeſt vt iuri natura-li aduerſari videatur,quòd potiùs permit tere, vel iubere,vt id inuiti faciant,planè iuri naturæ naturaliqúe libertati aduerſa tur:quinimò permittere vt id volẽtes fa-cere poſsint,ſimiliter diſpenſatiuè princi pijs naturę repugnantibus datũ eſt.quod latè diximus ſuprà.§.1.&.2.

Legitimæ relinquẽdæ neceſsitas poteſt tolli per legem cum cõi.

296 Et ita quòd valeat lex, quæ permittit parentibus,vt ſi nolint,non teneantur le gitimæ nomine quicquam liberis relin-quere,eſt cõis & vera opin.quam tenent hîc Paulus,qui dicit hanc eſſe commune opinionem,& Sali.num.10.qui ſimiliter firmat hanc eſſe communem opinionẽ, in lege data ab eo,qui non recognoſcit ſuperiorem. tenet Dinus in cap.indultũ. de reg.iur.in.6.Cin. in.l.ſancimus. C. de nupti.Bar.in.l.Titio centum.§.Titio ge-nero.num.6.ff. de cond.& dem.vbi Imo la & Paul.colum.pen. Angel.in.§.1.in au then.de hęre.& falci.idem Angel.in.l.Pa pinianus.§.quarta autem.ff.de inofficio. teſtamen.& Abb.in cap.Rainutius.de te ſtamen. Decius in.l.iura ſanguinis.ff.de reg. iur. vbi firmat hanc eſſe verã & cõ-munem opinionem.idem Decius in con ſil.19.num.5.Et pro tenui.vbi ſimiliter fir mat hanc eſſe communem opinionem. idem Decius in conſi. 525.nu.5. Viſis ijs. vbi ſimiliter firmat hanc eſſe communẽ opinionem ſaltem ex cauſa. Oldraldus conſi.135. Factum eſt tale.Alexand.conſ. 75.Viſis.lib.1.colũ.2.Angel.conſi.15. Sta-tuto cauetur. Angel. conſi.349. Conſul tatio hæc.idem Angel.in.l.Quod de bo-nis.§.fi.ff.ad leg.fal.&ibi Imol.firmat hãc eſſe cõem op.& ibi Alex.qui multa alle gat,ait hãc cõmunem opinio. ſaltem ex cauſa.idem tenet Dominicus in cap.quã uis.colum.penul. de pact.in.6. Ioann.de Ana.cõſi. 4.Viſis.Lapus allegatione.101. In ciuitate Florentiæ. column.1.Rota de ciſione

ciſione. 18. Fuit dubitatũ. in nouis. Abb. conſi. 65. Primò eſt videndum. column. fin. libr. 1. Andr. Siculus conſi. 77. colum. 6. lib. 3. Corneus vbi hanc dicit communem opinionem conſi. 150. lib. 1. Idẽ Corneus conſi. 210. In hac conſuetudine. colum. 1. lib. 3. idem Corneus conſi. 107. In hac conſultatione. lib. 2. & conſi. 105. In hac conſultatione. lib. 3. idem Corneus conſi. 123. Licèt breue ſit. lib. 3. & in conſi. 1. colum. 3. lib. 4. Id quod magis indubitatum eſt in legitima, quæ debetur parẽtibus, vel tranſuerſis. Decius in. d. l. iura ſanguinis. in fin. Angel. dict. conſil. 105. Bald. in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iur. Roma. conſi. 32. Viſa. colum. fin. Benedictus Capra conſi. 15. Propleniore. & conſil. 151. Subſcripſi. Abb. conſi. 75. Quidam deceſsit. & tam in legitima liberorum, quàm parentum idem tenent alij quãplures relati per addi. Decij in dict. l. iura ſanguinis. quorũ nonnullos retulimus.

Contrarium tamen, quòd licèt per legem, vel ſtatutum liberorum legitima minui poſsit in totum, tamen tolli nequeat, tenet, & dicit communiter teneri Decius ſibi cõtrarius in conſi. 106. Et protenui. num. 4. Abb. in dict. ca. Rainutius. idem Abb. in. 2. parte ſtatutorum. quæſtione. 104. Bald. in. l. fina. §. quoniam autem. C. de bon. quæ lib. Paulus conſi. 131. Alexan. Bart. in dict. §. Titio genero. nu. 6. quos allegat Decius vbi ſuprà. Bart. tamen id nõ dicit, ſed potiùs contrarium. Et hæc pars negatiua, quòd in totum tolli non poſsit, tenet, dicitq; communiter teneri Xuarez in. l. quoniam in prioribus. infrà eod. in. 2. lim. ſuper. l. regia. folio mihi. 62. in fi. allegat pro ſe Dinum in d. c. indultum. qui potiùs dicit contrariũ & pro ſe allegat Salicetũ hîc. & in. d. l. ſcimus. C. de nupt. & ibi Cinum, qui potiùs tenent contrarium. allegat Bar. in. d. §. Titio genero. qui potiùs tenet contrariũ. allegat Bal. in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iure. Rota deciſione. 29. Abb. in. d. ca. Rainutius. Et ipſe Xuarez etiam allegat pro ſe proq; hac opinione, quã dicit cõmunem, Imolam in. d. §. Titio genero. qui ſecundùm eũ hanc dicit communẽ, qui potiùs tenet contrarium. Nec eſt verum, quòd hãc dicat communem, nam ipſe potiùs tenet, quòd ſaltẽ ex cauſa poſſit in totum tolli. Et hanc opinio. negatiuam tenet Andr. Siculus in. d. cap. Rainutius. quę opinio communis eſt ſecundùm Iaſ. hîc. col. pen. in fine. idem Bald. conſi. 47. In quæſtione. lib. 1. idem Bald. conſi. 131. Circa prædicta. lib. 2. Fulgo. cõſil. 95. Quidam. Cumanus conſi. 70. Quidam Serpetius. Andreas Siculus conſi. 24. colum. 3. lib. 1. Alexan. conſi. 55. Viſo titulo. colum. fin. lib. 2. Marianus conſil. 30. Quanuis ex his. Soci. conſil. 150. in pr. Iaſ. in. l. quoniam in prioribus. infrà eod. & alij quãplures citati per addi. Deci. in d. l. iura ſanguinis. & Couar. lib. 4. Decre. par. 2. c. 8. §. 6.

Hac ergo in re conſidera quid iuris quo ad voluntatẽ ſeu inſtinctũ relinquẽdi legitimã, & quid quo ad poteſtatẽ ſeu facultatem, & quid quo ad neceſsitatem ſeu compulſionẽ, & quid quo ad quantitatem ſeu menſuram legitimæ.

297 Nam voluntas relinquendi legitimã, ſeu inſtinctus naturalis, & affectus legitimam, & vniuerſa bona ſua liberis relinquẽdi, quam parentes regulariter habẽt, videtur eſſe de iure naturali, quaſi parentes naturáliter appetãt omnia bona ſua liberis ſuis poſt mortẽ ſuã relinquere. argum. l. ſcripto. ff. vnde liberi. ibi, naturæ ſimul & parẽtum cõmune votũ. Ad idẽ l. cùm ratio. ff. de bo. dãna. l. nã & ſi parẽtibus. ff. de inof. teſtam. & in auth. de triẽte & ſemi. §. 1. facit gl. cõiter app. in. l. 3. C. de iuris & facti ign. l. iſti quidẽ. ff. quod metus cauſa. Licèt interdum parẽtes liberos ſuos odio proſequãtur, eosq; ſuis ſucceſsionib⁹ & fortunis priuatos velint. vt in. l. 3. & 4. ff. de inof. teſtam. & in pr. Inſt. eo. tit. quinimò hęreditate ſuorũ liberorũ per

Legitimæ relinquẽdæ uolũtas eſt iuris naturæ.

perfidè captare inueniantur, vnde ſi faciant pactum de filiorum ſucceſſione ad quirenda, regulariter nó valeat, eo quòd votum capt. mort. habere id pactum intelligatur. tenent communiter docto. in l. fin. C. de pact. poſt glo. ibi, quales ſunt Bal. Sali. Paul. Alex. nu. 2. Iaſ. num. 5. Purpur. num. 23. qui hanc dicit communem opinionem. Curti. iuni. num. 9. & ibi Alciatus in glo. 1. Ergo quo ad voluntatẽ, naturalemq; inſtinctum, & affectionẽ relinquendi legitimam, quam parentes regulariter habẽt, poſſemus dicere eam eſſe iure naturæ debitam, vel veriùs non debitam, ſed optatam.

298 *Legitimæ relinquẽdæ poteſtas vnde deſcẽdat*

Sed poteſtas relinquendi legitimam eſt de iure ciuili, ſeu poſitiuo. Patet primò in. l. 1. in prin. ff. de acq. poſſ. ibi, dominiumq; ex naturali poſſeſſ. cœpiſſe. Perpendo verb. cœpiſſe. cuius ſenſus eſt, ꝙ dominium ortum & originem habuit à naturali poſſeſſ. Cùm ergo ex cauſa ſucceſsionis dominium quæratur abſque poſſeſsione. l. cùm hæredes. ff. de acqui. poſſ. ſupereſt, quòd dominij acquiſitio non erat inuenta ex cauſa ſucceſsionis etiam de iure gẽtium: nam ius gentium cum ipſo genere humano proditũ fuit. §. ſingulorum. Inſtit. de rerum diuiſi. l. 1. ff. de acq. rerum dominio. Secundò adduco. l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iur. l. iuris gen. in prin. ff. de pact. §. ius autem. Inſti. de iure nat. dupliciter ponderãdo, & à cõtrario ſenſu, & ab incluſione vni⁹ ad excluſionem alterius. Tertiò expreſſum eſt in. l. lege obuenire. ff. de verb. ſig. in verb. etiam, quod includit etiam ſucceſsiones abinteſtato. Quartò per. l. lege C. de leg. hær. in princ. Quintò per gloſ. diſtincta. in fina. l. hoc iure. & gloſſ. noſtræ ciuitatis. in. l. 1. de acqui. rerum dominio. ff. & Paulus hîc colum. 1. Sextò per. §. ſingulorum. de rerum diuiſione. iuncto princi. Inſtit. de vſucap. Quia cùm priùs docuiſſet naturales acquiſitiões, abinde incœpit tractare ciuiles acquiſitiones, & ſic ſucceſsiões. Deinde & in ſpecie vſum poteſtatemq; ſucceſsionis ex teſtamento relinquẽdæ induxit primus Solon apud Athenienſes ſecũdùm Coraſ. in præludi. l. filium quem habentem. C. fam. herci. in princi. & Tiraquellus in. l. ſi vnquàm. in verb. libertis. nu. 89. C. de reuoca. don. poſt Plutarchum, quem referunt. Adde Tiraquel. num. 75. in tracta. de vtroq; retra. in prẹfatione. diximus latè ſuprà. §. 1. in principio. poſt præludiũ. Hæc omnia concludunt, quòd modus acquirẽdi dominium per ſucceſ. fuit iuris ciuilis, ipſa autem ſucceſsio non per hoc deſinit eſſe iuris gentium. Nam & modus acquirendi dominium per aditionem hæreditatis eſt iuris ciuilis, dominium autem iuris gentium. Adhuc teneo contra communem, quia licèt probatur, quòd ante leges Romanorum erat ſucceſsio apud Hebræos, id non ſufficit, vt dicatur eſſe iuris gentium, quia non probatur, quòd moſ ille apud omnes gentes inualuiſſet, ſed magis probatur contrarium, ſi credimus legibus noſtris firmantibus, quòd contractus apud omnes gentes frequentantur, ideoq; iuris gentium exiſtimantur. Id quod de ſucceſsione non ita aſſeueratur, vt cuilibet rectè intuenti & ſcrutanti ipſas leges, earumq; mentem euidẽtiùs patebit, quàm longa demonſtrationem egeat.

Pro nobis optimè facit, quia inſpecto iure communi Romanorum, nulla legitima liberis à parẽtibus debebatur ex neceſsitate, ſed tantùm ex libera, meraq́ue voluntate. Quod probatur ſic. Nam ſiue patres fam. inteſtati decederẽt, tunc ſatis videbantur ad ſuas ſucceſsiones liberos ſuos inuitaſſe non ſecùs quàm ſi eos nominatim in teſtamento ſuo hæredes inſtituiſſent. l. conficiuntur. ff. de iure codi. l. 1. §. pen. ff. de leg. 3. Siue autem patres fam. teſtam. facerent, liberosq; inſtituiſſent hæredes, tunc indubitatum, quòd eorum voluntate, & vocatione ſuccedebant.

bant.Sin autem eos nominatim exhære daſſent, tunc ſiue iure,ſiue iniuria ea exhæredatio fieret, de iure prætorio liberi vtcunq; exhæredati abſq; vlla iuſta cauſa minimè per prætorẽ vocabantur, ſed omni eius auxilio deſtituti manebant.l. non putauit. in princi.ff.de bo.poſſ.contra tab.&.l.1.in prin.eod.tit. Iaſ.in.l.2.numer.10.ſuprà eod.& tamen cõſtat,quòd prætor longè magis proſpexit, ſuccurſũque voluit liberis, quàm ius ciuile. vt in §.emancipatos.Inſtitu.de hær.ab.& Inſtitu. de exhær.lib.§. emancipa.& per totũ. ff.&.C.de bo.po.contra tab.

De iure autem ciuili ſimiliter ſiue iure,ſiue iniuria exhęredati eſſent olim nõ vocabantur.vt patet in.l.in ſuis.ff. de liberis & poſthum.ibi.Nec ad rem pertinet,quòd eos poſsint exhæredare, quos & occidere licebat. Nam & impunè eos occidere poterant,& longè liberiùs,magisq; impunè licebat eos exhæredare, licèt mos ille poſtea conſenuerit, mutatio nemq; receperit. vt in.l. cùm ratio. ff. de bo.dam.& in.l.1.C.de petiti.hęr.& per totum. C.&. ff.& Inſtit.de inof.teſtam.

Sicque opportunè Iaſ.in. l. 2.in.fin.ſuprà hoc titulo.miratur quare liberis exhæredatis prætor nullum remedium ad uerſus parentum teſtamen.polliceretur. Quod inde euenire intelligo,quia præteritis ſubueniebat prętor, quaſi viderentur à parentibus obliti. Sed exhæredatis, quos parentes iniuria notauerunt, odio que proſecuti fuerũt,noluit prætor ſub uenire,ne parentibus quo ad hoc aliqua ex parte minueretur libertas. vt expreſſum eſt in.l.non putauit. in princip.ff.de contra tab.

299 Hinc infero valere legem. 2.titu.1.lib. 5.ord.quæ filiam ſi matrimonium inſcio patre cum famulo contraxerit, exhæredari permittit.Quia licèt matrimonium pertineat ad iuriſdictionem eccleſiæ, tamen nil impedit,quin lex ciuilis poſsit beneficium, quod ipſa in liberos contulit,eis adimere,etiam abſque vlla cauſa, ergo faciliùs ex cauſa illa .& in eundem ſenſum defendi poteſt.l.4.eod.tit.

Decl.l.2.et 4.tit.1.lib. 5.ord.

300 Neceſsitas relinquẽdi legitimam eſt de iure ciuili. authen. de trient. & ſemiſ. §.frequenter.in verb.ex neceſsitate. & in authen.de hær.& fal.§.primum itaq;.Ergo valet ſtatutum,quòd pater non teneatur filio relinquere legitimam, potuitq; habere non inhoneſtum finem . argu.l. vtrùm turpem. de verb.obli.ff.l.1.§. quæ onerandæ . ff.quarum rerum actio non detur.

Legitimæ relinquẽdæ neceſsitas vnde deſcẽdat.

301 Qua ratione idem quoq; dicendum eſſe videtur in alimentis, quæ filijs à parentibus debentur, non tam iure naturali,quàm ciuili: quia regulariter legitima, & alimenta liberorum æquiparantur.vt per Bar. & alios in.l.Titio cẽtum. §.Titio genero.ff.de condi. & demonſt. Proinde idem ſimiliter etiam in dote tenendum eſſet, cùm dos loco legitimæ ſucceſsiſſe à pleriſq; ſcribentium credatur.vt per Bart.& alios in d.§.Titio genero.& per moder. hĩc.& in.l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur. Nec ad rem pertinet, q̃ tex.in cap.ius naturale. 1.diſtinct.ait,liberorum ſucceſsionem eſſe iuris naturalis, vnde qua ratione ſucceſsio,hæreditáſue parẽtum liberis iure naturæ debetur (vt noſtrorum plerique per illum tex.decepti falsò opinantur) eadem quoq; ratione iure naturæ ſimiliter & dos,& alimẽta debeãtur,cùm loco legitimæ hæc ſucceſsiſſe videantur.Nam reſpondetur primùm,quòd dict.cap. ius naturale.nõ habet vim , nec authoritatem legis , cùm a Gratiano fuerit ibi collocatum , quem conſtat authoritatẽ legis condendę non habuiſſe.Præterea dum tex.ille ait, liberorum ſucceſsio.&c. intelligitur de ſucceſsione,& propagatiõe carnis,vt oportunè glo.ibi intellexit,qui ſenſus veriſsimus eſt.Nam ille tex.vt per ſui inſpectionem patet, factus fuit ad imitationẽ tex. in princip.Inſti.de iure nat. &.l.1.ff.eod. titulo

Legitimã et alimẽta ne parẽtes teneãtur liberis relinquere , ſtatuto induci põt cũ cõi contra alteram communẽ.

tit.vbi dicitur, Ius naturale eſt,quod natura omnia animalia docuit: hinc deſcendit liberorum procreatio,& educatio.Ibi aũt Gratianus ait, Ius naturale eſt,quod natura omnia animalia docuit: hinc deſcendit maris & fœminæ coniunctio, liberorum ſucceſsio,puerorũ educatio. quaſi diceret liberorum procreatio, eorumq; educatio.

302 *Legitimæ quãtitas eſt iuris poſitiui.*

Quantitas legitimæ eſt de iure ciuili. Patet ex varietate legitimarum.Quia primò erat quarta. vt.l.Papinianus.§.quoniã autem.de inof.teſtam.ff.&.l.cùm quæritur. &.l.parentibus.C.eod.tit.&.§.fi.Inſti.eod. Deinde erat triens,vel ſemis,ſecũdùm numerũ filiorum.d.authen.nouiſsima.Tertiò, vt.l.9.titu.5.lib.3.fori. legitima liberorum augmentum recepit ferè ad vniuerſam vſq; ſubſtantiam patrisfa.Nec dubiũ eſt,quin vt antea,ita & in reliquum poſsit per legem effici,vt legitimæ quantitas,mẽ ſuráue amplior, anguſtiórue fieri poſsit. Et ideò ab omnibus vnanimiter receptũ eſt,q̃ tam per legem eius,qui nõ recognoſcit ſuperiorem, quàm etiam per ſtatutũ eorum, qui ſubiacent Imperio Romano, poſſet ſtatui,vt filiorũ, parẽtum,vel tranſuerſorum legitima minor eſſet.Quod expreſsim, & quaſi pro indubitato tenent omnes authores,quos ſuprà retulimus, tã ij qui patrem affirmatiuam tenẽt, q̃ etiam ij,qui negatiuam partem ſequuntur, exiſtimãtes legitimam per ſtatutum minui poſſe,non ſecùs,quàm augeri. Licèt ſolus Barbati.ſtudio fortè nouitatis tenuerit in c. Rainutius. extra.de teſtam. per ſtatutũ liberorum legitimam minui non poſſe, cuius fundamenta debiliora ſunt, quàm noſtra confutatione egeant.

303 *Legitima ex toto tolli poteſt per l. cum communi. contra alterã communẽ.*

Infertur ex ſuperioribus veriſsimam eſſe opinionem affirmatiuam eorum, quos ſuprà retulimus, defendentium legitimã etiam ex toto per legem tolli poſſe liberis, id eſt,poſſe induci, vt parentes inuiti non teneãtur liberis legitimam relinquere.Licèt contrarium voluerint omnes,quos ſuprà retulimus tenere partẽ negatiuam. & Couar.in lib.4.Decret.par.2.c.8.§.6.Nam ſi neceſsitas relinquendi deſcendit à lege poſitiua,ergo poterit tolli alia lege poſitiua.§.ſed naturalia. Inſti.de iure nat.l.nihil tam naturale. ff.de reg.iur.c.omnis res.extra.de reg.iur.

304 *Legitima ſecũdũ oẽs, tolli poteſt per legem, quãdo filius habet unde alat ſe.*

Infertur,q̃ id ſaltem indubitatum eſſet, in quibus caſibus filius haberet vnde aleret ſe,qd̃ præter omnes noſtræ partis fautores, qui id nominatim tenent, quos ſuprà retulimus, firmat Couar. vbi ſuprà.& Abb.num.12.in.c.Rainutius.extra. de teſtam. Ioan.Lupus in.c.per veſtras.de donat.inter virum. 3.not. §.4. hanc ſequitur, & dicit communem opinionem Ioannes Cirier.in tract.primog.lib.2.c.10.

305 *Aliměta ne inuitus pater det filijs maioribus 18.annorũ, lege induci poteſt . ex mente communis opi. contra alterã coẽm.*

Infertur indubitanter valere ſtatutum, vel legem ſuperiorem non recognoſcentis,qua caueretur, q̃ pater inuitus non cõpellatur alere filium maiorẽ.18.annis,cùm huius ætatis vir victũ ſibi quærere poſsit, & hæc neceſsitas liberos alendi,à iure poſitiuo deſcendat, quod alio iure poſitiuo indubitãter tolli poteſt. vt probãt omnia noſtra fundamenta ſuprà adducta. & eſt de mente,& ſententia noſtræ partis fautorum,quos ſuprà retulimus. Licèt in cõtrarium inclinent,qui partem negatiuam in quæſtione de legitima tuebãtur. & in ſpecie contrarium teneant Couar. vbi ſuprà. Anchar.in.c.1.11.q.de conſtit.Ioan.Bapti. in.l.omnes populi.ff.de iuſtit. & iure.fol. 10.colum.4.

306 *Legitimam parentibus abnegari lege induci poteſt.cum cõmuni. cõtra plures.*

Infertur veriſsimã eſſe opinionem eorũ, qui tenent valere legem dicentem,q̃ liberi inuiti non cogantur legitimam parentibus relinquere. quã ſuprà diximus plures quaſi indubitatam defendere. eamq; etiam communem dicit Ripa lib. 1.reſpõ. c.7.Licèt contrarium teneat Couar.vbi ſuprà. ex mente eorum, qui partem negatiuam in legitima tuebantur.

307 *Maioricatus ut fiat de omnibus bonis patris fa. poteſt cõ*

Ex dictis ſuprà infero, valere licentiam principis permittentis omnia bona patris vni filiorum in primatum dare, cùm hoc fiat ex cauſa rationabili conſeruandi bo-

cedere princeps in præiudiciũ aliorũ filiorũ, uel saltem hoc posset lex.

na, quæ non ita conseruarentur, si possent diuidi. Simil.in.l.filiusfa.§.diui.ff.de lega.1.iuncta.l.2. C.pro empt.l. vnum ex fam.l.peto.de lega.2. ff. Itaq; vni fratrum absq; vlla causa dari,iniquum esset, sed in primatum dari, æquum est. Cõprobatur per ea, quæ latè tradit Rodericus Suarez in.l.quoniam in prioribus. C.de inoff.testam.in.12.limitatione. super lege fori, dũ docet consuetudine induci posse,vt solus ex fratribus maior natu succedat in patris vniuersam hæreditatem. Id quod si cõsuetudine induci potest, vt ipse firmat, tunc nulli dubium,quin similiter lege posit induci.l.de quibus.cum seq.ff.de leg. Quin imò per legem poterit efficaciùs induci, cùm lex nitatur expresso populi consensu, cõsuetudo autem tacito tantùm. vt.d. l.de quibus. expressa autem fortiora sunt, quàm tacita.l.cùm ex filio.§.1.de vulga.ff. Quod indubitanter tenendum esse videtur,licèt ipsemet Rodericus Suarez in prop rijs terminis legis, vel statuti concedentis,vt maioricat⁹ in persona vnius ex filijs fieri possit de vniuersa patrisf. substantia, tenuerit non valere talem legem, vel statutum.ita expresim tenuit in.d.l.quoniã in prioribus. fol.63.col.2. & fol.64. col.2. & iterum col. 4. Adde Palaci.Rub. in.c. per vestras.de donat.inter vir.& vx. §.1.

Maioratũ fieri in persona unius filij ultra tertium,& quintum in præiudiciũ aliorum an princeps possit tutus in foro animæ concedere.

308 Adde quod.d.Rodericus Suarez in.d.l. quoniam in prioribus.fol.64. col.4.in fi. ibi,plus dico.firmat,q̃ non solùm non potest princeps dare licentiam patrif.plures filios habenti,vt in persona vnius tantùm maioricatũ faciat de vniuersis bonis suis, sed q̃ etiam non potest ei concedere in foro conscientiæ, vt maioriam faciat vltra tertiam & quintam partem bonorũ,quæ concedũtur per.l.9.tit.5.lib.3.fori. nisi præcederet aliqua iusta causa,& peculiaris, quæ principẽ ad hoc concedendum mouere posset.Quod in his terminis pluſq̃ suspectũ est, & præterea lõgè periculosum, cùm quotidiè per nostros principes cõtrarium fieri videamus. Et q̃ nulla causa peculiaris,vel particularis ad id concedendũ requiratur,patet:nam sufficit causa cõmunis & vniuersalis, quæ semper adest, & in omnibus personis,& in omnibus locis,& in omnibus tẽporibus, & in oĩbus rebus. Etenim princeps, qui in scrinio sui pectoris ius habere censetur.l.omnium.C.de testam.nõ ignorat quantitatẽ legitimę,quę filijs ex lege regia debebatur præteritis tẽporibus,inspecto iure tam cõmuni,quàm regio,longè breuiorẽ fuisse,quàm nũc sit. Nec ignorat similiter,q̃ leges veteres positiuæ non minus rationis habebant,vel habere poterant,quàm leges nouę hac de re loquentes. Ergo ipse in quolibet casu particulari posset sequi vel veterũ legũ traditiones,vel nouarum, prout sibi placuerit. Ideoq́; dictũ est,Quod principi placuit,legis habere vigorẽ.l.1.ff.de const.prin.§.sed & quod principi.Inst.de iure nat. Et cõsidera,q̃ princeps id concesit,aut ex causa, quæ vera,iustaq́; erat, & tunc omnes concordant,q̃ licentia ad.d.maioriã faciendã data à principe firma est,ipseque princeps tutus in foro conscientiæ. Aut ex causa id cõcesit,quæ reuera nihil iustitiæ habebat in particulari,vel de indiuiduo,prẽter causam,rationemq́; omnibus cõmunẽ, qualis est,quã superiùs signauimus,& tũc aut ea causa sibi, & suis consulibus iusta visa fuit,iustaq́; hominũ plerisq; videbatur,& tunc similiter & licẽtia firma erit, tutusq́; erit in foro animæ tã princeps concedẽs,q̃ paterf.impetrãs,idq́;,vt puto,nullus negaret.Aut ea causa sibi tãtùm iusta visa fuit, reliquis autẽ omnibus,tã suis consulibus, quàm alijs nõ iusta videbatur,& tũc ipse in foro conscientiæ tutus,secundùm Suarez vbi suprà. & sequaces non videretur. Nos indubitãter cõtrà, vt tutus videatur. Nam de eius potestate nullus dubitat, de eius autẽ voluntate nullũ omnino peccatum processit:quia ponimus eum id iustũ putasse, eiusq́; opinio cõcurrit cũ veritate legibus veteribus approbata.Quòd si ipse princeps causam dandi licẽtiam putabat iniu-

iniuſtam,tunc peccaret,etiam ſi cauſa illa iuſta foret.De quo etiã vi.aliquid per Couar.in lib.4.Decret.par.2.c.8.§.6.n.5.in fi. per Ioan.Licirier.lib.2.primoge.c.15. poſt Palaci.rub.vbi ſuprà.& in.c.ꝑ veſtras.not. 3.§.26.x̃.de dona.inter vir.& vxo. Qui oẽs in hac videntur eſſe ſentẽtia,vt talis licẽtia à principe dari nõ poſsit tutè in foro animæ,etiã ſi reliquis liberis illius, qui prima tũ, maioriámue cõſtituere volebat,alimẽta idonea præſtẽtur.Sed certè hæc res,quę ipſis dubitatiſsima, volubilis, dubiaq;, & periculoſa videbatur, nobis pluſq̃ expedita ſemꝑ viſa eſt. Nã cùm neceſsitas,& etiã poteſtas liberis legitimam relinquendi parentibus à lege ciuili data ſit,ſupereſt,vt id ius poſitiuum alio iure poſitiuo remoueri poſsit,eoq; remoto,parẽtibus omnimoda libertas mãſit bona ſua in quendã ex liberis ſuis, id eſt, in vnũ, vel certos cõferendi, vel etiã in extraneos omnino,vel etiã iubẽdi,vti bona ſua in mare proijcerẽtur:licèt hoc vltimo caſu nullus ſit,qui poſsit compelli talẽ voluntatẽ exequi.arg.l.ſed ſcien dũ.ff.ad Trebel. Ergo quãdo reliquis fratribus alimẽta idonea relinquũtur,nõ dubium eſt,quin talis licẽtia valeat.Quòd ſi nulla, vel nõ ſufficientia alimẽta eis relinquerẽtur,tunc magis dubium.Sed tamen adhuc idẽ,ſi princeps id de certa ſciẽtia faceret,cùm iſthęc omnia,vt dixi, ſint iuris poſitiui,quod ſubeſt principis poteſtati.

Deniq; cauendum eſt,ne in re vſitata,& vſu foréſi frequẽtiſsima pernicioſè(quod aiunt)erretur. nam arguere de diſpoſitione legis ad diſpoſitionẽ principis, tutũ nõ videtur.Licèt enim indubitatum ſit ſecũdùm veras ſentẽtias, quas ſequuti ſumus, legẽ poſſe adimere,tollere, auferre neceſsitatem tam legitimarũ,quàm dotiũ, & alimentorũ relinquẽdorum, tamen licèt de plenitudine poteſtatis idẽ ſimiliter facere poſſet princeps, tamẽ de poteſtate ordinaria,legibus(vt aiunt)latis,moribuſq; præſcriptis regulata, & alligata id facere non poſſet, niſi habita cauſæ cognitione ad id iuſta ex cauſa moueretur,adduceretur, at q; impelleretur. Nam quod principi placuit,legis habere vigorem. id intelligẽdũ eſt,cùm illud placitũ,decretum,vel reſcriptum fuit cũ legitima cauſæ cognitione, non aliter.vt notatur per glo.& doct.in.l. 1.ff.de conſt.principũ.aliâs enim regulariter princeps & vtitur, & vti debet legibus pro cõmuni reipub.vtilitate latis. vt probat tex.in.§.fi.Inſt.quib.mo.teſt.infir.l.Papinianus.§.Imperator. ff.de inof.teſtam.l. ſi hęredum Quintini.vbi Iaſ.poſt alios.C. eod.tit.l.ex imperfecto. ff.de leg.3.l.ex imperfecto.C.de teſtam.l.digna vox.C.de legib.Et ita ſunt intelligendæ leges,quæ loquuntur de reſcriptis Imperatorum.vt in l.ſi Titio & Mæuio.§.Iulianus.ff.de leg.2. l.licèt Imperator.ff.de leg.1.l.non iuſtam. C.ad Treb. cum mille ſimilibus. Ergo in huiuſmodi primatibus, ſeu maioratibus in perſona vnius filij cum præiudicio legitimarum aliorum filiorum faciendis non erit tutus princeps in foro animę,qui ſine cauſa tranſgredietur leges latas pro cõmuni reipublicæ vtilitate. Licèt id princeps de plenitudine poteſtatis efficere poſsit, vt diximus ſuprà.§.1.vel per modum legiſlatoris,legem promulgando.vt ibid.

309 Quòd autem per legẽ generalem id fieri poſſet(ſecundùm ſentẽtiam,quã tuemur) certum eſſet,ꝙ iure regio certius eſt.per.l. 2.&.4.tit.1.lib.5.ordin.vt ſuprà declarauimus. Vnde valet mos,aut lex Aragonenſium,inducẽs filium, acceptis quinq; ſolidis, à reliquo hæreditatis poſſe exhæredari.quod planè ridiculum eſſet,niſi opinio noſtra vera eſſet. *L.2.& 4. titu.1.lib.5. ordi.*

310 Et alimẽta liberis an adimi per legẽ poſſint,præmitte,ꝙ alimenta debentur de iure naturæ. Decius.ff.de regu.iur. in.l.iura ſanguinis.in prin. Suarez in.l.quoniã.fol. 60.col.4.Fortunius in.l.1.§.ius naturale.ff. de iuſtit.& iur.Iaſ.nu.25.in.l.ius autem ciuile.de iuſtit.& iure.ff.Mouentur omnes per.l.1.§.ius naturale.de iuſti.& iur.Quod nouiſsimè, & præter omnium opinionẽ *Alimenta quo iure debeantur.*

311 intelligerem procedere, dum liberi eius ætatis ſunt, vt victum ſibi quærere nequeant, ſecùs ſi poſſint. Moueor lege, & ratione. Lege. ſ. c. ius naturale. 1. diſt. ibi, puerorũ educatio. pueri enim vocantur & pupilli vſq; ad annos. 14. l. fi. §. vbi autẽ puerilis ætas. C. de bo. quæ lib. quod & probat. d. §. ius naturale. quia propriè par uuli dicũtur educari. Ratione, quia ſi pater ſua induſtria & laboribus multa quę ſiuit, poſtq; filius eſt eius ætatis, vt poſſit ſibi victum quærere, poteſt filio iuſtiſsimè dicere, Hucúſq; piè educaui te, quia per te nõ poteras victum quærere, nunc autem quęras per te, ſicut & ego feci. Cõ probatur exemplo omnium animantiũ, quæ filios educant vſquequo eius ætatis ſint, vt per ſe viuere poſſint, tunc deinde eorum notitiam perdunt. Non obſ. l. cũ ratio. de bo. dam. ff. & quod ait add. Decij in prima add. in. l. iura ſanguinis. de regu. iu. ff. quia iuſtiùs pater retinet ſibi bona dum viuit, q̃ ea filio poſt mortem denegat, infero, q̃ legitima magis debita eſt filijs poſt mortem patris, q̃ aliméta eo viuente, ſiquidem filius per ſe victum quærere poſsit. Quartò pondero text. in. l. ſi quis à liberis. ff. de lib. ag n. §. ſed ſi filius. in pr. & in verſ. ſi modò. quod hodie intelligo, etiam ſi filius non ſit opifex, nam poteſt alieno domino ſeruire, de quo viuendi modo nõ fecit mentionẽ ille text. quia tẽpore Romanorũ in vſu non erat, q̃ homines liberi ſeruirẽt. Quintò adduco. d. l. ſi q̃s à liberis. §. 1. ibi, & cùm ex æquitate hæc res deſcendat. ſed hæc æquitas ceſſat in eo, q̃ põt p̃ ſe victũ quærere. ergo. &c.

Alimento rum relinquẽdorum neceſsitas tolli poteſt per legem. ex mẽte cõmunis opi. contra alteram cõcm.

Sed an valeret lex, iubẽs vt pater nõ cõpellatur inuitus alimenta liberis præſtare? Et q̃ valere non poſsit, tenent Alberi. in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iur. idem Alberi. in prima part. ſtat. quæſtione. 40. Iaco. de Are. in. l. ſi quis à liberis. ff. de lib. ag. Galeot. in tract. d̃ alim. verſ. pone quę ſtionẽ. Specu. in tit. qui filij ſint legit. col. 4. verſ. ſed pone quidã emãcipauit. quos allegat Decius in. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. Couar. in lib. 4. decret. part. 2. c. 8. §. 6. in pr. nu. 4. Abb. in. c. fi. nu. 22. de conſuet. Rochus de Cur. ibi. fol. paruo. 45. ſecundùm quẽ ab hoc nullus diſcrepat. Et hæc opi. eſt ex mente omnium, quos ſuprà retulimus tenere partem hanc negatiuam, non valere legem, per quam in totum tolleretur legitima liberorum.

Sed in ſpecie, vt alimenta poſsit pater ſi velit liberis denegare, q̃ id lege caueri poſsit, tenet Decius in. d. l. iura ſanguinis. Et hęc pars eſt ex mẽte & ſentẽtia omniũ eorum, qui tenẽt partem affirmatiuam, vt valeat lex, permittens parẽtibus nihil omnino liberis legitimæ nomine relinquere. Quam partem auſim veriſimam dicere, tam ex proximè dictis (quæ monſtrant, q̃ neceſsitas alimenta liberis relinquendi nõ à iure naturali, ſed tantùm poſitiuo deſcendit) q̃ etiam ex dictis paulò ſuperius, vbi mõſtrauimus, q̃ neceſsitas, cõpulſio, coactioq; parẽtibus imminẽs vt etiam inuiti liberis alimenta præſtent, deſcendit ex iure poſitiuo, non ex iure naturæ, vnde alio iure poſitiuo poteſt tolli: & cùm omnes noſtræ partis fautores admittant id fieri poſſe, ſaltem ex cauſa, nos dicimus regulariter, quinimò etiã generaliter fieri poſſe: quia in qualibet lege noua præſumitur cauſa, ſaltem motiua, quæ ſufficit, vt ſuprà probauimus. nec in contrariũ admittitur cuiuſquam diſputatio, nec ſi de facto admittetur, erit vllius momenti, donec. l. illa abrogetur publicè. Nã cùm quæritur, an aliqua lex ſit iuſta, vel iniuſta, nullus eſt iudex competens & legitimus ad hãc quæſtionem dirimẽdã, prẽter ipſum legiſlatorẽ. i. principẽ, vel rẽpub. illã legẽ condentẽ, vt ſubditi, qui illam legem iniquam dixerint, ſimiles ſint eis, qui ſententiam, quæ tranſijt in rem iudicatam, iniquã temerè dicunt, atq; inaniter. Et noſtra opinio iure regio euidentior eſt per. d. l. 2. & 4. titu. 1. lib. 5. ordi.

Ex ſu-

312 Ex ſuperioribus etiam infertur valere legẽ, vt pater inuitus nõ teneatur filiam dotare. Nam cùm dos, legitima, & alimẽta æquiparẽtur in hac materia. vt per docto. in. l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agn. per Decium & eius additi. in. d. l. iura ſanguinis. per Bar. Imolam, Paul. & alios in. d. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & dem. bene ſequitur, quòd vt valeret. l. quòd pater inuitus non teneretur liberis legitimam relinquere, ita quoq; valet q̃ non teneatur alimenta, vel dotẽ præſtare. Nec putauerit quiſquam loquinos contra communes opin. Nam cùm in legitima hæc ſit vera, & fortè magis communis op. idem quoq; in dote & alimentis intelligẽdum eſt ex mente & ſententia eorum, qui noſtram op. affirmatiuam tuentur, & noſtra op. iure regio certior eſt. per. d. l. 2. &. 4. tit. 1. libr. 5. ordina.

Dotis dandæ filiabus neceſſitas lege tolli põt ex mẽte cõmunis opi. contra alteram cõmunem.

Ex ſuperioribus patet veritas illius op. quam tenuerunt glo. Cardin. & Abb. in

313 d. c. cùm haberet. de eo qui duxit in matri. quam polluit. Abb. conſ. 115. & cõſ. 50. vol. 2. Fortuni. in tract. de vltimo fine. illatione. 8. Corſetus in repert. in verb. alimẽta. col. 2. Alciatus lib. 4. pærer. c. 5. Aret. in pr. Inſt. de iure nat. Ripa in. l. ſi vnquàm. C. de reu. donat. quæſtione. 27. Ioãnes Lupus in. c. per veſtras. de donat. inter virũ & vxorem. not. 3. §. 9. nume. 14. Couarru. lib. 4. decret. par. 2. c. 8. §. 6. ſentit Bar. in authen. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Decius in. c. clerici. colum. 2. de iudi. volunt enim omnes, quòd dict. c. cùm haberet. quod iubet alimenta exhiberi liberis natis ex damnato coitu, ſit ſeruandum etiã in foro Cæſaris, non ſecùs, quàm in foro pontificis, vt per hoc. d. authen. ex complexu. iam hodie non habeat vim legis. quod etiam voluit Nicolaus de Vbaldis in tract. de ſucceſsi. ab inteſtato. in. 5. charta. Ioannes de Neui. in ſylua nupt. libr. 3. num. 25. Mouentur omnes, quòd aſpera lex illa videatur. vt probatur in. l. 2. C. de nat. lib. tenet Ripa in. l. 1. ff. ſolut. matrimonio. num. 65. vbi hanc dicit communem opinionem.

Alimenta non debentur iure Cæſareo liberis natis ex damnato coitu cõtra cõmunem.

Sed horum opi. quibus aduerſatur nemo, vera eſſe nõ poteſt, & ex his, quæ ſuperiùs enarrauimus, perlucidè confutatur. Nam ſi verum eſt valere legem per quàm durã. vt in. d. l. proſpexit. ibi, quod perquàm durum. ff. qui & à quib. ſiverũ etiã eſt valere legẽ iuidioſam. l. vn. in pr. ibi, inuidioſum. C. de cad. toll. ſi verum ſi militer eſt valere legẽ captioſam, & machinationibus plenã. d. l. vn. §. & cũ lex. ibi, ſuis machinationib⁹. ſi verũ quoq; eſt valere legẽ impunitatẽ nõ ſolũ necis, ſed etiam parricidij inducentem, ſeu pollicẽtem vt in. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult. ſi verum ſimiliter eſt valere legem impunitatem interfectionis à patre in filium patratæ permittẽtem. in. d. l. in ſuis. ff. de lib. & poſt. & in. §. 1. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel ali. vbi idem permittebatur à dominis erga ſeruos. ſi verum ſimiliter eſt valere legem pactum de fut. ſuc. contra bo. mor. admittentem. vt in. §. acceſsit. vbi Viglius. Inſtitu. de teſtam. valere req̃; conſuetudinem ſimile pactum admittentem. vt in. c. 1. de filijs natis ex matrimonio ad Morg. contract. tradũt cõmuniter docto. in. l. fina. C. de pact. & in l. pactum dotali. C. de colla. Si verum denique eſt valere legem, quam iuſtam legiſlator putauit, ſiue illa iuſta ſit, ſiue nõ. vt. l. 1. §. initium. ibi, quia moderatam hanc ætatem prætor ratus eſt. vbi gloſ. hanc rationem mirabilem vocitat. ff. de poſtul. cui dubium, quin valeat. d. authẽ. ex complexu. quæ pollicetur impunitatem parentibus, qui liberis ex damnato coitu natis alimenta non exhibuerint. At nonne longè grauius, & magis horrendum eſt permittere impunitatem occidendi. vt in. d. l. Gracchus. vel parricidij faciendi. vt in. d. l. in ſuis. quàm alimenta denegandi? Et nõne ſimiliter pernicioſius permittere impunitatem paciſcẽdi de fut. ſucceſsione, & q̃ hoc mortis

captãdæ.vt.dd.ll.&.l.de fideicommiſſo. C. de tranſact. q̃ impunitatem alimenta denegandi? Deniq; ex ſuperioribus colligés alia quãplura fundam. quæ hîc repetere nõ expedit, quæq; hanc partem tutiſsimam reddũt, quamq; olim inter plura q̃.700. paradoxa tuebamur. Et noſtra opi. certior eſt iure regio. per.d.l.2. &.4. tit.1.lib.5.ordi.

314 *Dos nõ debetur iure Cæſareo filiabus natis ex dãnato coitu. contra communem.*

Infertur etiam ex ſuperioribus, q̃ ſi vera eſt illa cõmunis op. quę habet, q̃ pater teneatur filiã ſpuriam dotare, quẽadmodũ tenetur alimenta exhibere. vt in.c. cũ haberet. ſuprà. all. id poteſt eſſe verũ quo ad ſpuriã, quæ non eſſet nata ex nuptijs vetitis. Quòd ſi intelligas de filia nata ex nuptijs dãnatis, ſeu vetitis, tũc ſimiliter erit verũ quo ad forum pontificis. vt. d. c. cùm haberet. non autẽ quo ad forum Cæſaris, ſecũdùm quod vt talis filia alenda à patre inuito nõ eſſet, ita quoq; nec dotanda, cùm ſecundùm nos. d. auth. ex complexu. & authen. quib. mod. nat. eff. ſui. §. 1. col. 7. non deſinant habere vim legis in foro Cæſaris. Licèt contrarium velint magis communiter doct. vt per Bar. & alios in. d. auth. ex complexu. per Couarru. lib. 4. decret. 2. par. c. 8. §. 6. num. 11. poſt Soci. & Areti. in. l. 1. ff. ſol. matrimonio. quos ipſe allegat. & eſt communis op. ſecundùm Ripam ibi. n. 65. vbi Alex. nu. 8. Ioan. Baptiſta de ſancto Seuer. in. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfici. col. pe. Abb. in. d. c. cùm haberet. Bald. in. l. ſed nec mater. C. de iure doti. Bar. in. l. fi. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraud. credi. & in. l. Mæuius. §. duobus. colũ. antep. ff. de leg. 2. Matheſ. not. 147. Bart. in. l. fi. col. 2. ff. qb. vt indig. Ioan. Lupus. in. d. c. per veſtras. 3. not. §. 9. &. §. 23. Bal. nouellus in tract. d̃ dote. par. 6. priuil. 26. Ioan. Campe. in tract. part. 1. quęſtione. 17. Euerar. in cẽturia. c. 29. Curti. iuni. conſ. 37. col. fi. Fortuni. de vltimo fi. illatione. 9. Romanus in. d. l. 1. ſol. matrimonio. Nicol. de Vbaldis. in tracta. de ſucceſ. abi. col. 18. Abb. conſ. 115. lib. 2. incipit. Punctus quęſtionis. Bal. conſ. 456. Recolo. lib. 5. & Cepola in cautela. 38. Sed licèt hæc ſit communis opi. contra quam multi tenent ſecundùm Ripã vbi ſuprà, ego ſemper tenebo, vt licèt pater ſi velit liberis ex vetito coitu natis, poſsit, ſi velit alimenta, & dotes dare, & ad id cõpellatur de iure canonico in foro põtificis, tamen in foro Cæſaris inuitus non compellatur per. d. auth. ex cõplexu. & in corpore vnde ſumitur. quæ iura, vt probaui, non deſinũt habere vim legis, nec carẽt motiuo rationis. Et ita ſimiliter inter paradoxa tenebamus. Noſtraq; op. iure regio certior eſt q̃. d. l. 2. &. 4. tit. 1. lib. 5. ord.

315 *Alimenta talibus liberis iure Cæſaris nõ deberi ab hæredibus parentum contra cõmunem. Idẽ in dotibus. contra cõmunem.*

Infero longè minùs verã eſſe op. exiſtimantiũ ſpurios filios ex coitu vetito natos etiam iure ciuili alendos eſſe ab hæredibus parentum etiam inuitis. Nam ſecũdùm nos per ſuperiora licèt volentes admittantur ad alimenta præſtanda, inuiti tamen non compelluntur. Licèt contrarium velit Couar. vbi ſuprà. nu. 14. poſt Ioan. Bap. de ſancto Seu. in. d. l. ſi qua illuſtris. col. pe. Abb. cõſ. 115. li. 2. Matheſ. not. 148. Soci. cõſ. 161. lib. 2. Bar. in. l. ſi quis à liberis. §. Itẽ reſcripſerũt. ff. de lib. ag. Ripa in. l. ſi vnquàm. C. de reu. don. quæſtio. 27. Quod olim inter. 700. paradoxa Salmanticæ tuebamur.

316 *Idem in donatario omnium bonorũ cõtra Ripam & Couar.*

Infertur lõgè minùs verum eſſe, quod Couarru. vbi ſuprà. & Ripa vbi ſuprà. aiunt donatarium omnium bonorum iure etiam ciuili filios ſpurios ex coitu vetito natos ipſius donatoris alere cõpellendum. Nam licèt volẽs eos filios alimentare admittatur, tamen inuitus non compellitur vt. d. authen. ex complexu. & in corpore vnde ſumitur.

317 *Idem in monaſterio. cõtra Couar.*

Infertur verũ nõ eſſe, q̃d Couar. vbi ſuprà. ait monaſterium compellendum ſimiles filios eius, qui monaſteriũ ingredi tur, alere. Quod intellige in foro Cęſaris.

318 *Idẽ in auo & auia. cõtra Couar.*

Infertur lõgè minùs verũ eſſe quod ait Couar. vbi ſuprà. num. 16. poſt Abb. in. d. c. cùm haberet. col. fi. & Soci. conſil. 161.

vol.2.Bar.in.l pe.ff.de libe.ag. Cinum in l.2.C.de alen.lib.dum firmat,quòd auus & auia,proauus & proauia, etiã paterni hos nepotes ſpurios ex nuptijs, vel coitu vetitis natos tenentur alere: nam loquũtur contra.d.authen.ex complexu. & in corpore vnde ſumitur. quæ iura etiam poſt ius canonicum non deſierunt habere vim legis,vt probaui. ergo volẽtes alimenta prẽſtare,bene admittentur,inuiti autem non compelluntur. quod nominatim probat.l.5.tit.19.par.4. quæ reddit pulchram rationem, quam incorrectã dico,licèt eam correctam eſſe ſatis temerè dixerit Couarruui. vbi ſuprà. ergo ex parte patris cognati alere non tenentur, licèt ſecùs in coniunctis ex parte matris. per deciſionem & rationem d.l.5. Quod & olim inter.700.paradoxa Salmanticæ tuebamur.

319 *L.5.tit.19. part.4. habere uim legis. contra Couarru.*

320 *Legitimã iure naturæ nõ deberi,ſed tantùm poſitiuo. cũ cõi cõtra alterã cõmunẽ.*

Item ex ſuperioribus etiã infertur deciſio illius quæſtionis,an legitima debeatur iure naturæ? Nam cùm verb.debeatur, referatur ad iuris neceſſitatem, & coactionem(nam obligatio eſt iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ ſecundùm noſtræ ciuitatis iura poſitiua.vt in prin.Inſtitu.de oblig.vbi omnes.)ſequitur,quòd legitima de iure tantùm poſitiuo,nõ etiam naturali debetur,cùm(vt probauimus)neceſſitas legitimæ præſtandæ à iure ciuili, non etiam naturali deſcẽdat. Qua ratione idem quoq; dicendum eſt tam in alimentis, quàm in dote. Id quod videtur de mente & ſententia omnium eorum, quos ſuprà retulimus tenere, quòd legitima in totum poſſit tolli per ſtatutum,licèt ſit contra ſententiam omnium eorũ, quos ſuprà retulimus tenere legitimam in totũ tolli non poſſe per legem vel ſtatutum. Sicq; cõmunis opinio exiſtimantium legitimam per legem ex toto tolli non poſſe,tenet & in eo fundatur, quòd talis legitima iure naturæ debetur. Communis autem opinio exiſtimantium ex toto legitimam tolli poſſe per legem, tenet, & in eo fundam. facit talem legitimam iure tantùm poſitiuo, non etiã naturali deberi, quod etiam euidenter ſuadetur? Nam debitum id demum intelligitur, quod exigi poteſt. l. is cui. §. Flauius.ff. de ſolutionib. not. per omnes in prin. Inſtit. de oblig. & in prin.Inſtit.de actio. ſicq; id quod debetur nõ ſolùm iure naturali & obligatione naturali, quæ ad exigendum inefficax eſt. l. iuris gentiũ.§.ſed cùm nuda. &.§.igitur nuda. vbi per omnes.ff.de pactis.l.ſi id quod.ff. de cond.indeb. ſed etiam id quod debetur obligatione tam naturali, q̃ ciuili. Ergo cùm quæritur,an hodie ad effectum, neceſſitatem, compulſionemq; exigendi à parentibus etiam inuitis legitima debeatur,& quo iure debeatur, ridiculum eſſet abnegare,quin obligatione tam ciuili,quàm naturali,& ſic iure ciuili & poſitiuo ſecundùm noſtræ ciuitatis iura debeatur. Nec ad rem pertinet,q; etiã obligatio nat.concurrat. Nam & in omnibus conuentionibus cõcurrit obligatio naturalis cum obligatione ciuili ratione conſenſus.l.obligationum ſubſtantia.ff. de actio.& obligat. &.l.ex conſenſu. eodem tit. & tamen plura negotiorum genera vbi ex conſenſu partium ineſt obligatio etiam nat.tolluntur,& improbantur quotidie per leges poſitiuas. latè per Bar.in.l. ſi quis pro eo.ff. de fideiuſſ. per omnes in.l.non dubium.C.de legibus.

321 Infertur ex ſuperioribus valere legem non ſolùm dicentem,quòd parentes inuiti non compellerentur legitimam,vel hæreditatem liberis relinquere, ſed etiã ſi diceret, quòd etiam volentes legitimã liberis relinquere, vel hæreditatem liberis relinquere, non poſſent. Mouemur, quia(vt ſuprà oſtendimus)ipſa etiam poteſtas legitimam,vel hereditatem liberis relinquendi,eſt de iure poſitiuo: nam in ſpecto iure naturæ,poſt mortem cuiuſq; eius bona in cõmuni manerent homini

Legitimã liberis relinqui uetari põt p legẽ. cõtra cõm. Idẽ etiã in parẽtibus. cõtra cõm.

bus cunctis ſuperſtitibus, non autē ſolis liberis morientis, ita vt primo occupanti concederentur. Nam ipſe moriēs ſecū ferat nil, ſed omnium dominium perdiderit, patet ad ſenſum, & ꝓbat tex. in auth. de nupt. §. deinceps. & Proper. lib. 3. Eleg.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
Nudus ad infernas ſtulte uehere rates.

Quòd autē bona, quæ defunctus amiſit per mortē naturalem inſpecto iure naturę & gentium in cōmuni manerent vt occupāti cōcederētur, probat. l. 1. &. 2. ff. pro derelicto. & Inſti. de rer. diuiſ. §. ſingulorum. docemur plenè ſuprà. §. 1. & . 2. licèt poſtea iure ciuili, & poſitiuo Romanorum inductum fuerit, vt liberis in poteſtate manētibus ſtatim poſt mortē patris eius bona acquirerētur. vt. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. l. cùm ratio. ff. de bo. dam. §. ſui. Inſtit. de hær. ab. §. ſui. Inſtit. de hære. qual. idq; propter vnitatē perſonarū. nā iure noſtro ciuili & poſitiuo vna eadēq; perſona pater & filius reputabantur. l. fi. C. de impub. dixi latè ſuprà. lib. 1. quæ repræſentatio, & effectus quæ inde ſequitur. ſ. continuatio dominij bonorū à patre moriente in filium ſuperſtitem, merè ciuiliſſima ſunt, fictitia, cōmentitia, iurisq; indubitanter poſitiui, longeq; alieni à iure naturæ. Id qđ olim Salmanticæ inter plura q̄. 700. paradoxa defendim⁹.

Prēterea, vt Plutarchus refert, mos erat apud Lacedęmonios, vt morientium bona nō liberis ſuis darentur, ſed in cōmuni manerent, vt ijs oēs ciues pariter potirentur: ſicq; morientibus poteſtas non erat legitimā, vel hęreditatē ſuam liberis ſuis relinquere. Id quod principijs iuris naturæ longè magis accedebat, q̄ quòd parentes bona, quæ ſecū morientes ferre non poſſunt, in quos velint, ſiue illi liberi ſint, ſiue nō ſint, poſſint cōferre. Cùm non referat, vtrùm quid fiat tēpore prohibito, an verò tempore permiſſo, ſi conferatur effectus in tempus prohibitū. l. 1. l. quod ſponſæ. C. de do. ante nupt. Vnde vt poſtq̄ quis verè mortuus eſt, nō poſſet iure naturæ inſpecto quicq̄ liberis dare: ita nec dum viuit, ſi effectū dationis poſt mortē ſuam conferat. Et quòd principijs iuris naturæ longè magis opinio noſtra accedat, q̄ contraria, patet: quia eo iure inſpecto, omnia ferè erant in communi. Vnde Vergilius.

Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni,
Nec ſignare quidem, aut partire limite campum
Fas erat, in medio quærebant &c.

Et Horatius Satyra. 2. lib. 2.

Nam propriè telluris herum natura nec illum,
Nec me, nec quemquam ſtatuit. Nos expulit ille
Illum aut nequities, aut uafri inſcitia iuris.

Sicq; firmat Horatius non iure naturæ, ſed poſitiuo, qđ directò naturali aduerſatur, eam dominiorum diſtinctionem factam fuiſſe vel violentia tyrannorum.

Et Seneca in Hippolyto.

Nullus in campo ſacer
Diuiſit agros arbiter, populis lapis.

Ergo talis lex valeret, licèt id ſit contra omnes vtriusq; partis fautores, quos ſuprà retulimus in quæſtione de legitima. Nam etiam tenentes noſtrā op. affirmatiuam, quòd valeat lex permittens, vt patres nolentes liberis legitimā non relinquant, vel relinquere cōpellantur, tenēt non valere legem negantem, vel auferētem poteſtatem liberis relinquendi, qua ſi id aduerſetur, & repugnet inſtinctui, & affectioni naturali, qua parentes in liberos hac in re ducuntur. Quod nihil omnino mouet me. Nam ingenuè fateor, quòd aduerſatur, tamen nihilominùs ex cauſa ſaltem poteſt fieri per legē. Nam & ex omni conuentione longè eui dentior obligatio naturalis oritur. vt in l. 1. ff. de conſti. pecu. l. non minorē. C. de tranſact. l. 1. ff. de pact. §. per traditionem. Inſtit. de rerū diuiſ. & tamen ſi per ſtipulationem cōueni tecum, vt dares Titio, ea obligatio naturalis nō exequitur, nec ad effectum perducitur à lege ciuili. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. vbi latè gloſ. Bar. Bald. Paul. Imola, Areti. Alexan. & Iaſ.

l. ſi ita

l.si ita stipulatus fuero si Titius.§.Chryso gonus. eod.titu. vbi per omnes.§. si quis alij.&.§.alteri. vbi omnes. Instit.de inut. stipul. ergo non sequitur, aliquid aduer satur inclinationi naturali hominum,er go per legem positiuam id immutari nō potest. Nam non dubium est, quin inclinationi naturali omnium hominum aduersetur, quòd eorum voluntates, & conuentiones non perducantur ad effectū,nec seruētur,& tamen in exēplo sup posito nō seruātur. Idē in fideiussionib⁹, quas faciūt mulieres.vt per totū. ff.&.C. ad Velleia.Idem in obligationibus,quas faciunt filijfam. vt per totum.ff.&.C.ad Maced. Idem deniq; in mille alijs exemplis. vt per Bar.in.l.si quis pro eo.ff. de fideiuss. per omnes in.l. nō dubium.C. de legib. in quibus ratæ non habentur hominū voluntates, inclinationes,vel conuētiones, quod ex causa per legē fieri potuit,causa autē semper iusta præsumitur in lege,etiā si in ea non sit expressa, vt suprà probaui. Ergo teneo (præter omniū sententias)valere legem iubentem,ne parentes possent liberis legitimam,vel hæreditatem relinquere.

Illatio contra cōem. Idem faciliùs,si prohiberet parentibus à liberis relinqui.

Illatio contra cōem. Idem si transuersalibus, quibus etiam debetur legitima. vt suprà diximus. Quę omnia fundātur apertè,quia successiones sunt de iure positiuo. vt diximus suprà.§.1.&.2.ergo iure positiuo liberè & mutari, & in totum tolli possunt.

322 *Idē in cōsuetudine, contra cōem.* Et in omnibus ijs casibus idē teneo in consuetudine. argu.l.de quibus.ff.de legib.cū pl.seq. licèt & id sit cōtra cōes op.

323 *Idem in re scripto principis. cōtra cōm.* Idem quoq; in iussione principis facta ex certa scientia. vt in.l.1.ff.de cōsti.prin. & in.§.sed & quod principi.Instit.de iure natur. Quæ nota, quia nullibi vnquam ita sunt declarata. licèt & similiter sit ad uersus cōmunes op. Nec ad rē pertinet (vt modò dicebamus) quòd abnegare parētibus facultatem legitimā hęreditatémue liberis relinquendi,id naturali inclinationi, instinctuiq; omniū parētum aduersetur. Nam & conuentionum nostrarū effectum abnegare,id similiter ad uersatur omnium hominū naturali inclinationi,& instinctui: siquidē nihil ita cōuenit naturali æquitati, q̄ hominū cō uentiones custodire, quæ tamē in innumeris casibus ex facillimis causis custodiri desinūt per legē, cōtra.l.nō minorē. C.de transact.l.1.ff.de pact.l.1.ff.de cōsti. pec. & Instit.de rerū diui.§. p̄ traditionē.

Prętera & fortiùs, aliquid aduersatur naturali hominum instinctui,& inclinationi,ergo est cōtra ius naturale,nō sequitur. Nā mors,seu mortalitas aduersatur omnino naturali nō modò hominū, sed etiā oīum omnino animātiū inclinationi, quæ sui cōseruationē, & perpetuitatē exoptāt summoperè,& tñiuri naturę nō videtur mortalitas aduersari: quinimò nihil vnq̄ tam naturæ iuribus debitum, tam certum, tam necessarium, tā deniq; indubitatū est & peculiare,proprium q̄;.

Quòd aūt oēs non homines modò,sed etiā omnia animātia sui cōseruationē exoptēt,mortēq; subterfugiāt, totisq; viribus ob corporis sui tutelā vitęq; adseruationē nitātur, p̄terea q̄ patet ad sensum, p̄batur in.l.vt vim.ff.de iusti.& iur. cū similil. Vnde Tull. Cic. pro Milone ita ait.

Est nō scripta,sed nata lex,quā nō didicimus,accepimus,legimus,verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus,expressimus,ad quā nō docti,sed facti,nō instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela, aut latronū,aut inimicorum incidisset,omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Idē.4.de Finib.ait. Omne animal se ipsum diligit,ac simul vt ortū est,ita agit se vt cōseruet. Nā vt ibid.ait. Omne animal ipsum sibi cōmendatū est,vt se & salui in suo genere, & incolume esse velit.

Quòd aūt tam iuribus naturæ debitū, certū,peculiare,proprium,& necessariū, nihil

nihil ſit, quàm mortalitas, otioſum eſſet legibus probare, cùm iureconſultorum pleriq; libri hac de re loquãtur, & totus is noſter tractatus: & nemini exploratũ eſſe poſſit, quomodo ſeſe habiturum ſit corpus, nõ dico ad annum, ſed ad veſperum. vt Cicero ait. 2. de Finibus.

Quis enim eſt quãuis ſit adoleſcens, cui exploratũ ſit, ſe ad veſperũ eſſe victurũ?

Vnde Horatius lib. 1. Epiſtolarum.

Inter ſpem, curamq;, timores inter & iras
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.

Et Martialis lib. 1. Epigram.

Pange thoros, pete uina, roſas cape, tingere nardo,
Ipſe iubet mortis te meminiſſe Deus.

Et Maphæus lib. 13. Aene. Vergil. addito.

Heu mortem inuiſam, quæ ſola ultricibus armis
Elatos frænas animos, cõmunia toti
Genti ſceptra tenens, æternaq; fœdera ſeruans,
Quæ magnos, paruosq; teris, quæ fortibus æquas
Imbelles, populisq; duces, ſeniumq; iuuentæ.

Et Ouidius ad Liuiam.

Sed rigidum ius eſt, & ineuitabile mortis.

Ergo cùm iuribus naturæ tam debitũ, proprium, & peculiare nihil ſit, q̃ mors, quæ noſtræ naturali inclinationi vehementer aduerſatur, atq; repugnat, quid nouum, aut mirandũ eſt, ſi per leges humanas admittatur aliquid, quod naturali noſtræ inclinationi aduerſetur? Satetenim ſuperq; eſt, ſi dum viuimus, reb⁹ noſtris potiamur, easq; ſi velimus inter viuos conferre, in quos voluerimus, poſſimus. Nec debemus velle etiam mortui res huius ſeculi gubernare, & eo tempore, quo nihil ſumus, aliquid fabricari, diſponere, gubernare. Si enim hæc, quæ tã iuribus naturæ accõmodantur, lege poſitiua præcipiantur, non tam iuribus naturæ aduerſari, q̃ ad ipſum ius naturæ iã abolitũ, antiquatũq; reuerti videremur.

Ex ſuperioribus ergo per totum hunc librum enarratis conſtat, quot requiſita ad teſtamentorum creationem, & conſeruationem deſiderentur. Vnde manifeſtum fiet, quot teſtamenta re vera minùs ſolennia pro ſolennibus haberi ſoleant, in pernicie hæredum legitimorũ, & iuris publici, quod in teſtamẽtis verſari teſtatur. l. 3. ff. de teſta. Apparentq; numeroſiſſimæ cõcluſiones nouæ cõtra receptas noſtrorũ traditiones, quas non nouitatis ſtudio (teſtor Deum Optimũ Maximumq;) diſſeruimus, ſed quòd ab hinc annos quãplures veriores ſemper putauimus, & earum pleræq; ad vitandã impiam legum correctionem, perniciosamq; legum mutationem pertinent, & vſibus forenſibus receptæ, & noſtrarum legum regiarum intepretatione admiſſæ, ſtabilitæq; ſunt, quarũ interpretatio, & authoritas longè certior, grauior, & potentior haberi debet, quàm authoritas eorum, qui receptas ſentẽtias noſtris aduerſas defendunt.

Libri ſecundi partis primæ tractatus de ſucceſſionum creatione, progreſſu, effectuque, & reſolutione, Finis.

Excudebatur Salmanticæ in officina hæredum Ioannis à Iunta, Anno M. D. L I X.

de pac. dotal. ii
tio. inter virũ
a nemine in m
n singulari. cc
adde tex in. l.
§. si ꝓ curator. fi
n. d. §. ꝯuenit.

tatis in hoc vltim
tum curauit de ꝯ
vt. l. ij. ⁊ quod ibi
ui. ff. de libe. lega.
qꝛ posses instare
bus nominatis q̃
Ray. de forli. hic

1208